In hoc Christus iterum.

13

Petro sunt oves creditæ,
Clavesque cœli traditæ ; 70
Petri præit sententia,
Ligans ac solvens omnia.

14

Pastoris nostri meritis
Ac prece salutifera,
Nos a peccati debitis, 75
Æterne pastor, libera. Amen. 76

VARIANTES

V. 13. *Dicis*. (Texte de Mone.)
V. 15. *Solo sub ammonitu*. (Id.)
V. 18. *Contemplatur*. (Id.)
V. 21. *Et nervorum*. (Id.)
V. 25. *Dei virtus*. (Texte adopté par M. Barthélemy.)
V. 28. *Juvenisque*. (Ms. de Colmar.)
V. 34. *Hic* au lieu de *sub*. (Texte de Mone.)
V. 36. *Nam personam* (Id.) — *Nunc personam*. (Ms. de Colmar.)
V. 41. *Fletus et confessio*. (Texte de Mone.)
V. 57. *Cum volare*. (Id.)
V. 61. *Fremit* au lieu de *frendit*. (Texte de Clichtove.)

TRADUCTION DU XVe SIÈCLE

1

Romme, chief du monde, esjoïr se doit :
Le premier pastour soit loé à droit,
Quant le secont a hui victoire ;
Tout le monde soit esjoïs,
Vertu croisse par tout païs
Quant de saint Pierre on fait memoire.

2

Pierre, brandon de sainte amour,
Clarté de sens, sel de savour,
Et mont de justice pure,
Pierre, fontaine au Sauveour,
Fu plain de fruit, de grant oudour,
Bon arbre sans pourreture.

3

De li quel chose diras digne ?
De Jhesu n'avait véu signe :
Par premiere amonicion
Ses roiz lessa et sa nassele,
Ne ne savoit de Dieu nouvelle
Par vraie contemplacion.

4

Lui sans or et sans argent
Par miracles resplendist :
Un boiteux en un moment
Devant le peuple garist,

5

Le paralitique Enée
Si fu gari par saint Pierre :

La grace Dieu lui ottroiée
Tout ce qu'il li veult requerre.

6

A la pucelle donna vie ;
Franche puissance est restablie
Au jouvencel qui estoit mort.
A pié ala dessus la mer,
Mes quant Jhesus le vist doubter,
Il le prist et donna confort.

7

Quant Jhesus li fist question,
Il repondi en brief sermon
La foy necessaire et pure :
Une personne le nomma,
Filz de Dieu, mes pas ne cela
Difference de la nature.

8

En renoiant .III. fois pecha,
Mes simple amour le nettoia
Et sa treble confession ;
L'ange de la chartre a getté
Et tout franchement delivré
Qu'on ordenoit à passion.

9

Il garissoit les languissans,
Les membres, les cuers, les maulx grans,
Puissans faisoit les non puissans
De cest medecin la puissance ;
Simon l'enchanteur le haoit,
Simon Pierre l'autre accusoit ;

Digitized by Google

Le peuple en preschant deffendoit
De lui et de sa decevance.

10

De Jhesu fu Pierre appellé,
Car en l'estour n'est seurmonté,
Se a-il longuement esté
A endurer grief tourment.
Quant l'enchanteur voler cuidoit,
Mort tresbucha comme il devoit,
Car divine vengance à droit
Si le condempna dignement.

11

Neron s'esrage en forcenant,
Pour le mauvez grant duel menant ;
Maugré le monde, tout tenoit
Neron et puissance y avoit.

12

Donc fu Pierre crucifié
Des gens de crudelité ;
Pour tant Jhesu Crist nostre chief
Est crucifié de rechief.

13

Les clefs du ciel li sont données
Et les ouailles ordenées ;
La sentence à Pierre baillie
Toutes choses lie et deslie.

14

Par les prieres et merites
De nostre pastour saluable,
De nos pechiez nous face quittes
Le pastour qui est pardurable ! Amen.

Digitized by Google

NOTES

V. 13-18. — « Ambulans autem Jesus juxta mare Galilææ vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus et Andream fratrem ejus, mittentes rete in mare, (erant enim piscatores). — Et ait illis : « Venite post me et faciam vos fieri piscatores hominum.» — At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum. » (MATTH. IV, 18-20.)

V. 20. *Coruscat miraculis...* Adam passe ici sous silence tous les faits relatifs à saint Pierre durant le séjour de Jésus-Christ sur la terre. Il réserve le développement de ces faits pour la prose : *Lux est ista triumphalis*, et il reviendra sur quelques-uns d'entre eux dans les vers 30-41 de cette prose même que nous annotons.

V. 21-22. *A nervorum... claudum solvit vinculis...* V. le récit de ce miracle aux Actes des Apôtres, III, 1-11.

V. 23-26. *Æneas erigitur...* «Factum est autem ut Petrus dum pertransiret universos venit ad sanctos qui habitant Lyddæ. — Invenit autem ibi hominem quemdam nomine Æneam, ab annis octo jacentem in grabato, qui erat paralyticus. — Et ait illi Petrus : « Surge et sterne tibi. » Et continuo surrexit. » (*Actes des Apôtres*, IX, 32-34.)

V. 27-29. *Petrus vitam dat Tabithæ.* Ce miracle célèbre eut lieu à Joppé : on en lit le détail aux Actes des Apôtres, IX, 36-43.

V. 30-32. *Pede premit fluctus maris...* Après la tempête où la barque des apôtres fut en péril, Jésus vint à eux en marchant sur les flots : « Statimque Jesus locutus est eis, dicens : «Habete fiduciam : ego sum, nolite timere.»—Respondens autem Petrus dixit : « Domine, si tu es, jube me ad te venire super aquas. » — At ipse ait : « Veni. » Et descendens Petrus de navicula ambulabat super aquam ut veniret ad Jesum. — Videns vero ventum validum, timuit et cum

cœpisset mergi, clamavit dicens : « Domine salvum me fac. — Et continuo Jesus, extendens manum, apprehendit eum et ait illi : « Modicæ fidei, quare dubitasti? » (MATTH. XIV, 27-31.)

V. 33-38. *Facta Christi quæstione, etc.* C'est le fameux passage de l'Écriture sur lequel est fondée la primauté du siége de Pierre : « Dixit illis Jesus : Vos autem quem me esse dicitis? — Respondens Simon Petrus dixit : « TU ES « CHRISTUS FILIUS DEI VIVI. » — Respondens autem Jesus dixit ei : « Beatus es Simon Bar Jona quia caro et sanguis « non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est. Et ego « dico tibi quia tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo « Ecclesiam meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus « eam. Et tibi dabo claves regni cœlorum. Et quodcumque « ligaveris super terram erit ligatum et in cœlis, et quodcum- « que solveris super terram, erit solutum et in cœlis. » (MATTH. XVI, 15-19. Voyez aussi JEAN, VI, 68-70.)

V. 39. *Quod negando ter peccavit...* V. pour le reniement de saint Pierre, saint Matthieu, XXVI, 69, 70, 72, 75, et pour sa triple confession, saint Jean, XXI, 15-18.

V. 42. *Angelus a carcere Petrum solvit.* V. les Actes des Apôtres, XII, 3-17.

V. 45-48. *Umbra sanat hic languentes...* « Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo virorum ac mulierum, ita ut in plateas ejicerent infirmos et ponerent in lectulis et grabatis, ut, veniente Petro, saltem umbra illius obumbraret quemquam illorum et liberarentur ab infirmitatibus suis. Concurrebat autem et multitudo vicinarum civitatum Jerusalem afferentes ægros et vexatos a spiritibus immundis : qui curabantur omnes. » (*Actes des Apôtres*, V, 14-16.)

V. 49-64. *Petrus Simon magus odit...* Ici Adam cesse de suivre les Actes des Apôtres, et fait d'après la légende le récit des dernières années de l'apostolat de saint Pierre.

Cette histoire de Simon le magicien est racontée très-longuement dans la *Légende dorée*, mais avec un accompagnement de prodiges trop fabuleux pour que nous rapportions ce passage en entier. Voici seulement le récit de la mort de Simon; le légendaire l'a emprunté aux sources les plus respectables : « Symon in Neronis amicitiam est receptus. Symon igitur, ut refert Leo, populum convocavit et se a Galilæis graviter offensum perhibuit, et ideo urbem, quam tueri solebat, se deserere velle dixit et diem statuere, qua cœlum deberet adscendere, quia non dignabatur in terris amplius habitare. Statuto igitur die, turrim excelsam, vel, secundum Linum, Capitolium adscendit et, inde se dejiciens coronatus lauro, volare cœpit. Dixit autem Paulus ad Petrum : « Meum est orare et tuum est imperare, » dixitque Nero : « Verax est hic homo; vos autem seductores estis. » Petrus autem dixit ad Paulum : « Paule, erige caput et vide. » Cumque elevasset caput et vidisset Symonem volantem, dixit ad Petrum : « Petre, quid cessas, perfice quod cœpisti, jam enim vocat nos Dominus. » Tunc Petrus ait : « Adjuro vos, « angeli Sathanæ, qui eum in aera fertis, per dominum nos- « trum Jesu Christum, ut ipsum amplius non feratis, sed « corruere dimittatis » : et continuo dimissus corruit et, confractis cervicibus, exspiravit. Audiens hoc Nero talem virum se perdidisse doluit dixitque apostolis : « Suspecto animo me fecistis, propterea malo exemplo vos perdam. » Hæc Leo. Deditque eos in manu Paulini, viri clarissimi, et Paulinus tradidit eos in custodia Mamertini. » (*Légende dorée*, de sancto Petro apostolo.)

V. 72. *Ligans ac solvens omnia...*

℟. Solve, jubente Deo, terrarum, Petre, catenas,
Qui facis ut pateant cœlestia regna beatis.

(*Anc. brév. de Metz.*)

S. PIERRE ET S. PAUL

(29 JUIN)

NOTICE BIBLIOGRAPHIQUE

I. La prose suivante est attribuée à Adam : 1° *par la notice de Guillaume de Saint-Lô ;* 2° *par les* Annales *de Jean de Thoulouse, qui reproduit cette notice en la confirmant ;* 3° *par le manuscrit* 577 *du fonds de Saint-Victor.*

II. Le texte manuscrit s'en trouve sous le nom de l'auteur *dans ce même manuscrit* 577, *et* sans attribution *dans les missels et graduels de l'Église de Bordeaux.*

III. Elle est inédite.

TEXTE D'ADAM

1

Lux est ista triumphalis
Forma lucis æternalis
Et exemplar gloriæ :
Dies felix, dies læta,
In qua Petrus fit athleta 5
Solemnis victoriæ !

2

Hic ignotus, simplex, egens,
Quærit, hami sorte degens,
  Vivendi commercium;
Indigenti, sed fideli 10
Committuntur claves cœli,
  Pastoris officium.

3

Nam in mari rete locat,
Sed a mari Christus vocat
  Et vocantem sequitur : 15
Remum calcat, rete spernens;
Navem linquit, Christum cernens,
  Cujus verbo pascitur.

4

Novæ remus speciei
Rete novum datur ei, 20
  Forma navis alia;
Nam fit remus cœli clavis,
Rete verbum; Petri navis
  Præsens est Ecclesia.

5

Quem contundunt maris fluctus, 25
Hujus mundi juges luctus,
  Terror et tristitia;
Quæ conformat lupos agnis
Et pusilla jungens magnis
  Mactat animalia. 30

Digitized by Google

6

Hic est pastor sacri gregis,
Hic archivus summi regis,
  Hic piscator hominum;
Super aquas maris pergit,
Vacillantem mare mergit, 35
  Sed clamat ad Dominum.

7

Novum nomen promeretur
Petrus petram, dum fatetur
  Vivi Dei filium.
Sana fides, vox fidelis, 40
Non ex carne, sed e cœlis
  Manat hoc mysterium.

8

Claves duæ Petro dantur :
Clavis una, qua librantur
  Meritorum pondera ; 45
Et secunda potestatis,
Fontem ligans libertatis,
  Iter dans ad æthera.

9

Ter negato quem dilexit,
Flevit, eum ut respexit 50
  Salus pœnitentium,
Et baptisans animarum
Dulcis rivus lacrymarum
  Piumque suspirium.

Digitized by Google

10

Quid est, homo, quod superbis? 55
Stare putas in acerbis
Hujus vitæ casibus.
Ne præsumas, Petrus ruit;
Ne diffidas, Petrus luit
Noxam jam singultibus. 60

11

Cum consorte mœsti thori
Justa morte mœret mori
Ananias mentiens;
Verbo vitæ data vita,
Surgit lecto mox Tabitha 65
Petri manum sentiens.

12

Carcer claudit datum pœnis;
Membra rigent in catenis,
Herodis imperio;
Rigor ferri emollescit, 70
Claustra patent, custos nescit,
Misso cœli nuntio.

13

Mundi caput, fontem mali,
Peste plenam criminali,
Romam intrat spiritali 75
Petrus actus gladio.
Triumphando mortis ducem,

Reddit cæcis vitæ lucem,
Et Neronis diram crucem,
Paulo spernit socio. 80

14

Simon autem debacchatur,
Alta petit, præceps datur;
Paulus ense trucidatur,
Petrus ligno figitur;
Sic auditor præceptorem, 85
Sic dilectus dilectorem,
Sic redemptus redemptorem
Pœna crucis sequitur.

15

Nos electos de sagena,
Petre, trahe ad amœna 90
Celsa Syon, ubi cœna
Veri agni vivitur,
Ubi salus, ubi quies,
Expers noctis ubi dies
Ubi Deus homo fies 95
Ubi semper vivitur! Amen. 96

VARIANTES

V. 1. *Laus est ista...* (Ms. 577, etc.)
V. 25. *Concedunt.* (Id.)
V. 54. *Spiritium.* (Id.)

NOTES

Pour les difficultés de cette prose se reporter aux notes de la prose précédente, où tout a été expliqué excepté ce qui suit :

V. 1. *Lux est ista triumphalis.* — Cette prose était destinée à l'office des saints Pierre et Paul, le 29 juin ; mais plusieurs autres fêtes sont encore célébrées de nos jours en l'honneur du bienheureux apôtre Pierre : l'Église romaine, mère de toutes les Églises, se réjouit entre toutes dans le souvenir du premier de ses évêques :

Le 18 janvier, on célèbre la *Chaire de saint Pierre à Rome.* (V. *Année liturgique*, III, 351.)

Le 22 février, la *Chaire de saint Pierre à Antioche.* (V. *Année liturgique*, V, 468.)

Le 1er août : *Saint Pierre ès Liens.*

V. 61-63. V. le récit de la mort d'Ananie et de Saphire aux Actes des Apôtres, V, 1-11.

V. 79-80. *Et Neronis diram crucem, Paulo spernit socio.* La tradition rapporte que saint Pierre et saint Paul subirent le même jour, l'un le supplice de la croix, l'autre, en citoyen romain, celui du glaive ; ils purent même, a-t-on dit, se saluer une dernière fois avant de quitter le fardeau de cette vie et s'indiquer mutuellement le lieu du céleste rendez-vous. La *Légende dorée* raconte, d'après les anciens, le dernier entretien des illustres martyrs : « Adveniente autem terribili tempore consummationis ipsorum, cum separarentur ab invicem, ligaverunt columnas mundi, non utique absque fratrum gemitu et planctu. Tunc inquit Paulus Petro : « Pax tecum, fundamentum Ecclesiarum et pastor ovium « et agnorum Christi ! » Petrus ait ad Paulum : « Vade in « pace, prædicator bonorum morum, mediator et dux salutis « justorum ! » Cum autem elongassent eos ab invicem,...

non in eodem vico occiderunt eos. » (*Légende dorée*, de sancto Petro apostolo.)

D'autres auteurs ont pensé, peut-être avec raison, que les deux grands saints n'avaient point passé à la gloire le même jour, mais à une année de distance.

Cependant à Rome la tradition de la rencontre des deux apôtres subsiste encore, et on montre, sur la route de Saint-Paul hors des murs, une chapelle érigée à l'endroit même de cette rencontre. (V. GERBET, *Esquisse de Rome chrétienne*, I, *Introduction*, p. 16.) En voici l'inscription : « In questo luogo si separarono S. Pietro et S. Pavolo andando al martirio e dice Pavolo a Pietro, etc. »

V. 88. *Pœna crucis sequitur*... « Petrus autem, ut Leo et Marcellus testantur, dum venisset ad crucem, ait : Quoniam Dominus meus de cœlo ad terram descendit, recta cruce sublimatus est; me autem, quem de terra ad cœlum vocare dignatur, crux mea caput meum in terra debet ostendere et pedes ad cœlum dirigere. Ergo quia non sum ita in cruce esse dignus ut Dominus meus, crucem meum girate et capite demisso me crucifigite. Tunc illi crucem verterunt et pedes sursum, manus autem deorsum fixerunt. Tunc autem populus furore repletus volebat Neronem et præfectum occidere et apostolum liberare; qui eos rogabat, ne passionem suam impedire deberent. Dominus autem, ut ait Hegesippus et Linus, aperuit oculos eorum, qui ibi flebant, et viderunt angelos stantes cum coronis de floribus rosarum et liliorum et Petrum in cruce stantem cum iis. Videnque Petrus, quod fideles gloriam suam vidissent, gratias agens et Deo fideles commendans, spiritum emisit. » (*Légende dorée*, de sancto Petro apostolo.)

V. sur saint Pierre les *Hymni latini* de Mone. (III, 68-83 et 88-96.) — Pour l'inonographie, cf. Guénébault, *Iconographie des apôtres*. (*Revue archéologique*, VII, 294 et ss.)

LV

LA COMMÉMORATION

DE SAINT PAUL, APOTRE

(30 JUIN)

NOTICE BIBLIOGRAPHIQUE

I. La prose suivante est attribuée à Adam : 1° *par la notice de Guillaume de Saint-Lô ;* 2° *par les* Annales *de Jean de Thoulouse, qui reproduit cette notice en la confirmant ;* 3° *par le P. Simon Gourdan (quoiqu'il donne pour premier vers* Corde, voce jubilemus, *au lieu de* Corde voce pulsa cœlos) ; 4° *par le manuscrit* 577 *du fonds de Saint-Victor.*

II. Le texte manuscrit s'en trouve sous le nom de l'auteur *dans ce même manuscrit* 577, *et* sans attribution : 1° *dans les missels et graduels de Saint-Victor ;* 2° *dans ceux de l'Église de Paris ;* 3° *dans ceux de Saint-Étienne de Dijon, etc. ;* 4° *dans le manuscrit* 1139 *de l'ancien fonds latin (ancien manuscrit de Saint-Martial de Limoges), etc. — La traduction manuscrite, qui est inédite, est renfermée dans le manuscrit* 6843² *de l'ancien fonds français.*

III. Le texte imprimé s'en trouve sous le nom de l'auteur : 1° *dans l'*Elucidatorium ecclesiasticum, *quatrième partie ;* 2° *dans la* Patrologie *de Migne, t. CXCVI* (proses d'Adam, p. 1422 et ss.) ; 3° *dans les notes du* Rational ou Manuel des divins offices, *par Guill. Durand, traduit par M. Ch. Barthélemy* (III, 540) ; 4° *dans les* Carmina e poetis

Digitized by Google

Christianis *de M. F. Clément* (p. 494); 5° *dans* l'Année liturgique *de D. Guéranger* (III, 444). — *D. Guéranger et M. Ch. Barthélemy ont donné chacun une traduction en regard du texte, et M. F. Clément en a donné une troisième dans la traduction de ses* Carmina.

IV. L'abbaye de Saint-Victor chantait cette prose pour la fête de saint Paul, tandis que l'Église de Paris et Saint-Benigne de Dijon la chantaient pour sa Conversion.

TEXTE D'ADAM

1

CORDE, voce pulsa cœlos,
Triumphale pange melos,
Gentium Ecclesia :
Paulus, doctor gentium,
Consummavit stadium 5
Triumphans in gloria.

2

Hic Benjamin adolescens,
Lupus rapax, præda vescens,
Hostis est fidelium.
Mane lupus, sed ovis vespere, 10
Post tenebras lucente sidere,
Docet Evangelium.

3

Hic mortis viam arripit,
Quem vitæ via corripit,
Dum Damascum graditur; 15

Spirat minas, sed jam credit,
Sed prostratus jam obedit,
  Sed jam vinctus ducitur.

4

Ad Ananiam mittitur,
Lupus ad ovem trahitur, 20
  Mens resedit effera.
Fontis subit sacramentum,
Mutat virus in pigmentum
  Unda salutifera.

5

Vas sacratum, vas divinum, 25
Vas propinans dulce vinum
  Doctrinalis gratiæ
  Synagogam circuit;
  Christi fidem astruit
  Prophetarum serie. 30

6

Verbum crucis protestatur,
Causa crucis cruciatur,
  Mille modis moritur.
Sed perstat vivax hostia,
Et invicta constantia 35
  Omnis pœna vincitur.

7

Segregatus docet gentes,
Mundi vincit sapientes
  Dei sapientia.

Digitized by Google

Raptus ad cœlum tertium, 40
Videt Patrem et Filium
In una substantia.

8

Roma potens et docta Græcia
Præbet colla, discit mysteria :
Fides Christi proficit. 45
Crux triumphat; Nero sævit :
Quo docente, fides crevit,
Paulum ense conficit.

9

Sic exutus carnis molem
Paulus videt verum solem, 50
Patris unigenitum;
Lumen videt in lumine,
Cujus vitemus numine
Gehennalem gemitum. Amen. 54

VARIANTES

V. 2. *Pangat...* (Missel de Paris.)
V. 18. *Victus.* (Id.)
V. 21. *Recedit.* (Id.)
V. 28. *Synagogas.* (Texte de Clichtove.)

TRADUCTION DU XVe SIÈCLE

1

De cuer, de vois chante l'Eglise,
Boute le ciel, victoire est prise :

Pol, doctor des genz a vaincu,
Le champ en gloire a recéu.

2

Il fu Benjamin en croissant,
Lou ravissant proie mengant,
Des crestiens anemis;
Après tenebres clarté luist
Quant il l'Evangile entroduist,
Lou au matin, au soir brebis.

3

La voie de mort il prist,
En parsivant Jhesu Christ,
Quant droit en Damas s'en ala.
Il menachoit, mes il se cesse,
Obeissant la teste besse,
Mes tantost Jhesus le lia.

4

Envoié fu à Ananie,
La brebis fu du lou garnie,
Ainsi perdi fole pensée :
De baptesme ot le sacrement,
Le venin mua en piment
Par l'eaue dont l'ame est lavée.

5

Le vessel saint et divin,
Qui admenistre doulz vin
De grace et de sapience,
La synagogue avironne,
Foy et doctrine li donne
Par prophetique ordenance.

6

Quant de la crois il preeschoit ,
En moult de guises souffroit,
Sa char est moult tourmentée ;
Mes li comme hostie livré
[Et] por grant constance estrivé
Toute paine a seurmontée.

7

Quant Dieu des gens le separa,
Les sages du monde enseigna
Par la divine science ;
Il fu jusqu'au tiers ciel ravis
Où il vist le Père et le Fils
Et Saint Esprit en une essence.

8

Rome puissante et Grece toute entière
En [l'escoutant] si aprist le mistiere :
La foy de Dieu est augmentée.
La crois seurmonte et Noiron en arrage,
Quant la foy monte par S. Pol qui est sage,
Quant il sueffre mort par espée.

9

Ainsi li hors de la char mis
Vist le vray soleil, Dieu le Filz
Et le Père entierement :
En clarté vist lumière,
Par qui eschivons la misere
Et d'enfer le gemissement.

NOTES

Les Églises qui chantaient cette prose le jour de la Conversion de saint Paul étaient certainement dans l'erreur au sujet de sa véritable destination. Il est évident que cette prose est pour la *fête de saint Paul*, et que celle de la *Conversion* est le *Jubilemus Salvatori.*

V. 7-10. Jacob, à l'heure de la mort, dit à Benjamin : « Benjamin lupus rapax, mane comedit prædam et vespere dividet spolia. » (*Genes* XLIX, 27.) Le Benjamin de la Loi nouvelle, c'est saint Paul qui a commencé par persécuter l'Église naissante comme un loup furieux, *mane lupus*, mais qui, abattu par la grâce de Dieu, devient tout à coup une brebis pleine de douceur, *sed ovis vespere.*

V. 13 et ss. Voir le récit du voyage de Damas, *Actes des Apôtres*, IX.

V. 19. *Ad Ananiam mittitur.* La fête d'Ananie se célèbre dans l'Église le même jour que la conversion de saint Paul. Extrait du Martyrologe Romain : « Le vingt-cinquième jour de janvier, à Damas, le natalice de saint Ananie, qui baptisa l'apôtre saint Paul et qui, après avoir prêché l'Évangile à Damas, à Eleutheropolis et ailleurs, fut, sous le juge Licinius, tout meurtri de coups de nerfs de bœuf, puis découpé par les côtés et enfin accablé de pierres, ce qui acheva son martyre. »

V. 25. Actes des Apôtres, IX, 19. « Vas electionis [ait Dominus] est mihi iste [Paulus]. »

V. 31. I. Ad Corinthios, I, 18. « Verbum crucis pereuntibus stultitia est. »

V. 32-33. « *Causa crucis cruciatur, mille modis moritur.* Paulus apostolus in Philippis virgis cœditur, in carcere ponitur et ligno pedibus affigitur, in Listris lapidatur, in Yconio et Thessalonica ab iniquis persequitur, in Epheso

feris datur, in Damasco per sportam e muro deponitur, in Jerusalem sistitur, cæditur, ligatur, insidiatur, in Cæsaria clauditur, criminatur, navigans in Italiam periculo dirigitur, Romam veniens sub Nerone judicatur et occisus finitur. Hæc Hilarius. » (Citation de saint Hilaire dans la *Légende dorée*, de Sancto Paulo apostolo.) — Saint Paul énumère lui-même tous les tourments qu'il a dû souffrir pour Jésus-Christ au chapitre XI de son épître II aux Corinthiens, v. 23-33.

V. 37. *Docet gentes.* « Homo iste ignobilis et circumferarius, qui artem exercebat in pellibus, tanta virtute progressus est, ut vix XXX annorum spatio et Romanos et Persas et Parthos et Medos, Indos et Scythas, Æthiopes et Samaratas atque Saracenos et omne prorsus hominum genus sub jugo mitteret veritatis. » (*Légende dorée*, citation de saint Jean Chrysostôme, *De laudibus Pauli apostoli.*)

V. 40 et ss. *Raptus ad cœlum tertium...* « Scio hominem in Christo... quoniam raptus est in Paradisum, et audivit arcana verba quæ non licet homini loqui. » (II *ad Corinth.* 2-4.)

V. 46. *Nero sævit.* « Paulus adspectui Neronis oblatus est, quem ut Nero vidit, vehementissime exclamavit : « Tollite « maleficum, decollate impostorem, nec sinite vivere crimi- « natorem, perdite sensuum alienatorem, auferte de super- « ficie terræ mentium immutatorem. » Ad quem Paulus ait : « Nero, tempore modico patiar, sed vivam æternaliter « domino Jesu Christo. » Nero dixit : « Auferte ab eo caput, « ut me rege suo fortiorem intelligat, qui eum devici, et vi- « deamus si semper vivere valeat. » Cui Paulus : « Ut sciás « me post mortem corporis æternaliter vivere, cum mihi « caput abscissum fuerit, vivus tibi apparebo et tunc cognos- « cere poteris quod Christus est Deus vitæ, et non mortis. » Et his dictis ad locum supplicii ducitur. » (*Légende dorée*, loc. cit.)

V. 48. *Paulum ense conficit.* «Cum ergo ad locum passionis Paulus venisset, ad orientem versus et manibus in cœlum extensis, diutissime cum lacrymis patria voce oravit et gratias egit. Post hoc valefaciens fratribus, oculos sibi de velo Plantillæ ligavit et utrumque genu in terra figens collum extendit et sic decollatus est. Mox ejus caput de corpore exsiliens: «Jesus Christus,» quod sibi in vita tam dulce exstiterat et tam crebro nominaverat, hebraice clara voce insonuit. Dicitur enim ipsum in suis epistolis Christum vel Jesum vel utrumque quingentis vicibus nominasse. De ejus autem vulnere unda lactis usque in vestimenta militis exsilivit et postea sanguis effluxit, in aere lux immensa emicuit, de corpore odor suavissimus emanavit.» (*Légende dorée.* loc. cit.)

Voir dans Mone, *Hymni latini*, III, 83-95, une série d'hymnes et de proses sur saint Paul.

Digitized by Google

LVI

SAINTE MARGUERITE

(20 JUILLET)

NOTICE BIBLIOGRAPHIQUE

I. La prose suivante est attribuée à Adam : 1° *par la notice de Guillaume de Saint-Lô ;* 2° *par les* Annales *de Jean de Thoulouse, qui reproduit cette notice en la confirmant ;* 3° *par le manuscrit* 577 *du fonds de Saint-Victor.*

II. Le texte manuscrit s'en trouve sous le nom de l'auteur *dans ce même manuscrit* 577.

III. Elle est inédite.

TEXTE D'ADAM

1

TUBA Syon jocundetur
Et jocunde moduletur
Clerus in Ecclesia !
Hac in die sponsa Dei
Summæ datur requiei, 5
Summa cum lætitia.

2

Virgo martyr Margareta
Cœli transit ad secreta
Felici victoria :
Sic æternam promeretur 10

Mercedem, dum non terretur
Pœna transitoria.

3

Fit simplex ferocibus
Præda carnificibus,
Ante lupum impium 15
Ovis custos ovium.

4

Sed nec pœnis vincitur,
Blandis nec seducitur,
Librando stipendium,
Dum præfert supplicium. 20

5

Carcerali sub tutela,
Rogat sibi [cum] cautela
Ne subrepat corruptela
Per fraudes carnificum ;
Sponsum supplex deprecatur, 25
Hostem fortis aspernatur :
Sic mandatum comitatur
Utrumque dominicum.

6

Extenditur,
Suspenditur, 30
Educta de vinculis ;
Exuritur,
Perfoditur
Ignibus et virgulis.

7

Cruor effunditur, 35
Quo tota tegitur
Caro virginalis :
Pudet Olybrium ,
Etsi tam impium,
Facti criminalis. 40

8

In aquis mortificatur
Ut et frigus subsequatur
Lampadum incendia ,
Sed in his regeneratur
Et columbæ speculatur 45
In jove stipendia.

9

Clausam sub ergastulo
Carceris in angulo
Draco deglutivit :
Quam ut absorbuerat, 50
Signum crucis liberat
Quo se præmunivit.

10

Turtur pede conculcatum
Dæmonem virgineo
Recitavit relaxatum, 55
Quæsita de puteo.

11

Impetrato quod oravit,
Caput ensi subjugavit

Viva Christi victima :
Trucidata vicit mundum 60
Simul et letum secundum,
Cœli scandens atria.

12

In hac, virgo, lætabundus
Gratuletur luce mundus
Christo sine termino! 65
Turba præsens dicat læta :
« Salve, virgo Margareta ,
« Martyr digna Domino ! »

13

Cœlesti cum agmine,
Summo coram lumine, 70
Pro pœna, solamine
Sempiterno fruere;
Roga Sponsum, proprio
Ut Redemptor pretio
Hostis ab excidio 75
Dignetur eruere! Amen. 76

NOTES

EXTRAIT DU MARTYROLOGE ROMAIN.

« Le vingtième jour de juillet... à Antioche, le supplice de sainte Marguerite, vierge et martyre. »

V. 1-3. *Tuba Syon jocundetur. Tuba*, c'est, dit la *Clef* de saint Méliton : « Exsultatio in laude Dei. » *Syon*, c'est l'Église sur la terre, que notre poëte invite à chanter joyeusement,

sur le ton des proses, avec les anciens *jubili*, les louanges de sainte Marguerite : *Jocundetur et jocunde moduletur clerus.*

V. 7. *Virgo martyr Margareta...* « Margareta dicitur a quadam pretiosa gemma, quæ margarita vocatur : quæ gemma est candida, parva et virtuosa. Sic beata Margareta fuit candida per virginitatem, parva per humilitatem, virtuosa per miraculorum operationem. » (*Légende dorée*, de Sancta Margareta.)

V. 15-16. *Ante lupum impium ovis custos ovium.* Marguerite, à l'âge de quinze ans, gardait les brebis de sa nourrice, *custos ovium ;* elle était elle-même par sa simplicité et sa douceur une brebis du Seigneur : *ovis custos ovium.* Un jour qu'elle condnisait son troupeau dans la campagne, le préfet Olybrius, qui se rendait à Antioche, vint à passer et ressentit pour elle un violent amour. On s'empare de la jeune fille et on la traîne devant son amant, qui allait devenir son juge et son bourreau : *ante lupum impium.* (*Voir* les légendes des Bréviaires romains-français et la *Légende dorée.*)

V. 17-20. *Nec pœnis vincitur, blandis nec seducitur...* « Cum ergo Olybrii adspectui [Margareta] fuisset præsentata, eam de genere suo ac nomine et religione requisivit. Illa autem respondit, se genere nobilem, nomine Margaretam ac religione christianam. Cui præfectus : « Duo prima tibi « recte conveniunt, quia nobilis haberis et pulcherrima « Margareta comprobaris, sed tertium tibi non convenit, ut « puella tam pulchra et nobilis Deum habeat crucifixum. » Cui illa : « Unde scis Christum fuisse crucifixum ? » Et ille : « Ex libris christianorum. » Cui Margareta : « Cum igitur « legatur pœna Christi et gloria, quæ verecundia est vestra, « ut unum credatis et alterum denegetis ? » Cum autem Margareta eum sponte crucifixum fuisse pro redemptione nostra assereret, sed nunc eum in æternum vivere affirmaret, iratus præfectus eam in carcerem mitti jussit. Sequenti

autem die, eam ad se vocari fecit eique dixit : « Vana puella, « miserere pulchritudinis tuæ et Deos nostros adora, ut tibi « benc sit. » Cui illa : « Illum adoro quem terra contre- « miscit, mare formidat et omnes creaturæ timent. » Cui præfectus : « Nisi mihi consentias, corpus tuum faciam la- « niari. » Cui Margareta : « Christus in mortem semetipsum « pro me tradidit et ideo pro Christo mori desidero. » (*Légende dorée,* loc. cit.)

Ce récit est très-beau, et il est à regretter qu'Adam n'en ait point profité davantage. Il a évidemment suivi une autre tradition, une autre légende, car il ne raconte pas les faits dans le même ordre, comme nous aurons à le constater dans la seconde partie de cette prose.

V. 29-40. *Extenditur, suspenditur, etc.* « Tunc præfectus jussit eam in equuleum suspendi, et tam crudeliter primo virgis, deinde pectinibus ferreis usque ad nudationem ossium laniari, quod sanguis de ejus corpore tamquam de fonte purissimo emanavit. Flebant autem, qui ibi aderant, et dicebant : « O Margareta, vere de te dolemus, quia corpus « tuum tam crudeliter laniari conspicimus; o qualem ami- « sisti pulchritudinem propter tuam incredulitatem ; tamen « nunc vel saltem crede, et vivas. » Quibus illa : « O mali « consiliarii, recedite et abite, hæc carnis cruciatio est « animæ salvatio, » dixitque ad præfectum : « Impudens « canis et insatiabilis leo, in carnem potestatem habes, sed « animam Christus reservat. » Præfectus autem faciem chlamyde operiebat nec tantam sanguinis effusionem videre poterat. » (*Légende dorée*, loc. cit.)

V. 41 et ss. *In aquis mortificatur, etc.* Cette partie du martyre est placée, dans la plupart des légendes, après le double triomphe de Marguerite sur le démon ; on lit à la fin de la notice consacrée à sainte Marguerite dans la *Légende dorée :*

« Deinde in vase pleno aqua ipsam ligari atque poni fecit

ut ex pœnarum commutatione cresceret vis doloris, sed subito terra concutitur et, cunctis videntibus, virgo illæsa egreditur ; tunc ,V. millia virorum crediderunt et pro nomine Christi capitalem sententiam acceperunt.»

On voit qu'Adam n'a pas connu ces derniers faits ou n'en a pas voulu profiter. En revanche, la *Légende dorée* se tait sur une partie des faits renfermés dans la dixième strophe de notre prose.

V. 49 et ss. *Draco deglutivit.* C'est la famcuse légende du Dragon avec lequel les peintres chrétiens ont toujours représenté sainte Marguerite. La *Légende dorée* proteste contre la dernière partie de ce miracle, et déclare le récit apocryphe et frivole : « Deinde eam deponi fecit et in carcerem recludi jussit, et mira ibi claritas fulsit. Ubi dum esset, oravit Dominum, ut inimicum, qui secum pugnat, sibi visibiliter demonstraret; et ecce draco immanissimus ibidem apparuit, qui dum eam devoraturus impeteret, signum crucis edidit, et ille evanuit; vel, ut alibi legitur, os super caput ejus ponens et linguam super calcaneum porrigens, eam protinus deglutivit, sed dum eam absorbere vellet, signo crucis se munivit, et ideo draco virtute crucis crepuit, et virgo illæsa exivit. Istud autem, quod dicitur de draconis devoratione et ipsius crepatione, apocryphum et frivolum reputatur. » (*Légende dorée.*)

V. 53-56. *Turtur pede conculcatum, etc.* Une autre légende veut que le démon soit apparu sous la forme d'un homme à notre sainte : « Illa autem per caput apprehendit eum et sub se ad terram dejecit, et super cervicem ejus dexterum pedem posuit et dixit : « Sternere, superbe dæmon, sub pedibus feminæ. » Quelque temps après, Marguerite délivra son ennemi abattu : « Virgo pedem sublevavit et dixit : « Fuge, miser,» et dæmon statim evanuit. » (*Légende dorée*, loc. cit.)

57. *Impetrato quod oravit.* « Illa [Margareta] impetrato

orandi spatio, pro se et suis persecutoribus, necnon et pro ejus memoriam agentibus et se invocantibus devote oravit, addens ut quæcumque in partu periclitans se invocaret, illæsam prolem emitteret, factaque est de cœlo vox quod in suis se noverit petitionibus exauditam. » (*Légende dorée*, loc. cit.) On voit tout ce qui est renfermé sous ces trois mots de notre prose : *Impetrato quod oravit*. Il est clair par là que ces proses supposent, pour être bien comprises, une connaissance profonde de la vie des saints. Adam s'adressait de son temps à des hommes qui le comprenaient, parce qu'ils possédaient à fond la science agiographique. On venait de lire aux Nocturnes la légende du saint; la prose n'offrait plus à la messe aucune difficulté.

V. 58 et ss. *Caput ensi subjugavit*. « [Margareta] surgens ab oratione dixit spiculatori : « Frater, tolle gladium tuum et percute me. » Qui percutiens caput ejus uno ictu abstulit, et sic martyrii coronam suscepit. » (*Légende dorée*, loc. cit.) « Statim venerunt angeli sederuntque super corpus beatissimæ Margaretæ et benedixerunt eam... Descendentes angeli cum virtutibus cœlorum, tollentes corpus beatæ Margaretæ, ascenderunt super nubem clamantes et dicentes : « Non est « similis tuis in diis, Domine, et non est secundum opera « tua : Sanctus, sanctus, sanctus, etc. »

V. 73. *Roga sponsum, etc.*

Or deprions a la pucelle
Margarite de Dieu ancelle
Que pour nous prie le Createur
Que en ce siecle nous doint honneur
Et en tel euvres maintenir
Que nous puissions à li venir
Lassus en Paradis tout droit :
Dittez : Amen, que Dieu l'ottroit.
A m e n.

C'est la fin d'une vie de sainte Marguerite qui se trouve

dans un assez grand nombre de manuscrits. Sainte Marguerite, en effet, a été une des saintes les plus populaires au moyen âge; c'est une de celles qui occupent une place spéciale dans les livres d'heures. Après saint Roch, saint Sébastien, sainte Catherine, et à part les Apôtres, je ne vois guère de saint à qui Dieu ait réservé une gloire aussi répandue.

— Dans les *Hymni latini* de Mone (III, 403-413), on trouvera une belle collection d'hymnes, de proses et d'offices en vers en l'honneur de sainte Marguerite.

Digitized by Google

LVII

SAINT-VICTOR

(21 JUILLET)

NOTICE BIBLIOGRAPHIQUE

I. La prose suivante est attribuée à Adam : 1° par la notice de Guillaume de Saint-Lô; 2° par les Annales *de Jean de Thoulouse qui reproduit cette notice en la confirmant; 3° par ces mêmes* Annales *et par les* Antiquités de Saint-Victor *qui en sont une seconde édition, dans un passage spécial dont nous avons parlé en notre Introduction; 4° par le P. Simon Gourdan; 5° par le manuscrit* 577 *du fonds de Saint-Victor.*

II. Le texte manuscrit s'en trouve sous le nom de l'auteur *dans ce même manuscrit* 577, *et* sans attribution *dans les missels et graduels de Saint-Victor.*

III. Elle est inédite.

TEXTE D'ADAM

1

Ecce dies triumphalis!
Gaude, turma spiritalis,
Spiritali gaudio;

Digitized by Google

Mente tota sis devota
Et per vocem fiat nota 5
Cordis exultatio.

2

Nunquam fiet cor jocundum
Nisi prius fiat mundum
A mundi contagio;
Si vis vitam, mundum vita, 10
Prorsus in te sit sopita
Mundi delectatio.

3

Hunc in primo Victor flore,
Immo Christus in Victore
Sua vicit gratia; 15
Vicit carnem, vicit mundum,
Vicit hostem furibundum,
Fide vincens omnia.

4

Invicti martyris mira victoria
Mire nos excitat ad mira gaudia: 20
Deprome jubilum, mater Ecclesia,
Laudans in milite regis magnalia.

5

Christi miles indefessus,
Christianum se professus,
Respuit stipendia; 25
Totus tendit ad coronam.

Nec suetam vult annonam
Ad vitæ subsidia.

6

Præses Asterius
Ac ejus impius 30
Comes Eutitius
Instant immitius
Pari malitia:
Per urbem trahitur,
Tractus suspenditur, 35
Suspensus cæditur,
Sed nulla frangitur
Martyr injuria.

7

Mente læta
Stat athleta, 40
Carne spreta,
Insueta
Vincens supplicia.
In tormentis
Status mentis 45
Non mutatur
Nec turbatur
Animi potentia.

8

Pes truncatur, quia stabat,
Nec nunc truncus aberrabat 50
A Christi vestigio;

Digitized by Google

Pedem Christo dat securus
Christo caput oblaturus
  Ejus sacrificio.

9

Damno pedis hilarescit, 55
Frangi pœna fides nescit;
Sinapis sic vis excrescit
  Quo major attritio.
Tortor furit in Victorem
Furor cedit in stuporem 60
Dum Victori dat vigorem
  Christi visitatio.

10

Mola tritus pistorali,
Pœna plexus capitali,
Vitam clausit morte tali 65
Ut post mortem immortali
  Frueretur bravio.
In Victoris tui laude,
Spiritalis turma gaude :
Corde, manu, voce plaude 70
Et triumphi diem claude
  Laudis in præconio. Amen. 72

NOTES

EXTRAIT DU MARTYROLOGE ROMAIN.

« A Marseille, le Natalice de saint Victor qui, étant soldat et ne voulant ni aller à la guerre ni sacrifier aux idoles, fut

premièrement mis en prison où il fut visité par un ange; ensuite ayant enduré diverses tortures, il fut enfin écrasé sous une meule do moulin et acheva ainsi son martyre.» (V. 290.) Trois autres soldats, Alexandre, Félicien et Longin, souffrirent aussi avec lui. (On trouvera dans les *Acta sincera* de D. Ruinart le récit détaillé du martyre de ces soldats chrétiens, p. 300 et ss.)

— A Saint-Victor de Marseille, les religieux ne chantaient pour la fête do leur saint patron que l'office ordinaire du Commun des martyrs. Dès que l'abbaye royale de Saint-Victor de Paris fut bien établie et prospéra, elle voulut avoir un office propre pour cette même fête. Nous avons montré dans notre *Introduction* que ce fut Adam qui le composa tout entier; on trouvera à la fin de cet ouvrago deux hymnes écrites par lui en l'honneur de saint Victor. Quant à la prose qui suit, elle échappa, au XVIe siècle, à la proscription qui devait frapper toutes les autres, et les *Antiquités de Saint-Victor*, ouvrage de Jean de Thoulouse, remanié au milieu du siècle dernier, disent encore : « Prosam : *Ecce dies triumphalis* quotannis in [S. Victoris] solemniis usurpamus. » (Ms. de Saint-Victor, 1039.)

V. 2. *Gaude turma spiritalis...* Les liturgies orientales nous fournissent une expression aussi belle et identique : « Æterne Domine... qui constituisti chorum incorporeum inter homines. » (*Liturgia sancti Gregorii*, Préface.)

V. 23 et ss. *Christi miles indefessus..., etc.* « Victor martyr cum sociis suis sub Maximiano imperatore in civitate Massilia passus est. Qui Maximianus, perfecta cæde Thebæorum... Massiliam devenit, Victoremque militem eidem de christianitate delatum comprehendit. Quem sacrificare nolentem funibus per totam urbem distractum Asterio præfecto puniendum tradidit. » (*Legenda festorum Domini sanctorumque* : de Sanctis Victore et sociis martyribus.)

V. 34 et ss. *Per urbem trahitur.* Ce vers se trouve expli-

qué dans la note qui précède. *Tractus suspenditur;* saint Victor fut soumis au chevalet : « Præfectus vero [Asterius] Victorem eculeo suspensum et fustibus ac nervis cæsum (c'est ce que signifie : *Suspensus cæditur*) in custodia reposuit. » (*Legenda festorum, etc.,* loc. cit.)

V. 49. *Pes truncatur.* « Post triduum [de carcere] eductus [Victor] statuam Jovis sibi oblatam ut ei thura incenderet pede evertit. Cui pes ille statim præscinditur. » (*Legenda festorum,* loc. cit.)

V. 57-58. *Sinapis sic vis excrescit quo major attritio.* Le grain de sénevé qui, à l'état naturel, ne sent rien, exhale la plus forte odeur dès qu'on le broie ; c'est la figure des martyrs, qui n'ont jamais plus de force que quand on les broie dans les tortures.

V. 61-62. *Victori dat vigorem Christi visitatio...* « [In carcere] sanctus Victor cœlesti lumine et angelica visitatione confortatus est. » (*Legenda festorum,* loc. cit.)

V. 63 et ss. *Mola tritus pistorali...* « Molæ molendini suppositus crudeliter [Victor] conteritur, verum post paululum machina ipsa divinitus dissipata, dum adhuc martyr Domini aliquantulum palpitaret. » — *Pœna plexus capitali vitam clausit...* « Gladio cædente, vere victor ac triumphator efficitur; nam et eodem instanti vox de cœlo audita est : « Vicisti, Victor. » (*Legenda festorum,* loc. cit.)

V. 68. *In Victoris tui laude... Tui* s'adrese à l'abbaye de Saint-Victor de Paris, qui est la *spiritalis turma* du vers suivant. Cette prose n'était chantée, ainsi que la suivante, que dans cette abbaye, les Victorins de Marseille célébrant, d'après le rite bénédictin, la fête de Saint-Victor avec l'office du Commun des martyrs.

Digitized by Google

LVIII

SAINT-VICTOR

(PROSE POUR LE TEMPS PASCAL)

NOTICE BIBLIOGRAPHIQUE

I. La prose suivante est attribuée à Adam : 1° *par les* Annales *de Jean de Thoulouse qui reproduit la liste de Guillaume de Saint-Lô;* 2° *par les* Antiquités de Saint-Victor, *dans un passage spécial que nous avons signalé dans notre Introduction.* (*Ms.* 1039 *S.-V.*)

II. Le texte manuscrit nous est donné sous le nom de l'auteur *dans les manuscrits de Jean de Thoulouse, et* sans attribution *dans les missels et graduels de Saint-Victor.*

III. Elle est inédite.

TEXTE D'ADAM

Préf. MARTYRIS Victoris laudes resonent Chris-
[tiani !

1. Mortem ei intulit — ferox Maximian*us* : —
[bonis, velit nolit, prodest mal*us*.
Mors et vita duello — conflixere mirando : —
[Martyr Christi cæs*us* — regnat viv*us*,

2. «Dic, in agoni*a* — quid vidisti, athlet*a?* »—
[« Vexillum Christi regn*antis* — et glo-
[riam vidi consol*antis.* »
Cruciatus for*tes,* — miracula sunt tes*tes* : —
[Ad cujus preces defunct*i* — suscitantur,
[sanantur infirm*i.*
3. Credendum est magis soli [Christi] Ecclesi*æ*
[quam impiorum genti perverso*æ*
Scimus ergo te regn*are* cum Christo ; tecum
[colloc*are*, Victor dux, nos dign*are.*
— Amen.

NOTES

Cette prose d'Adam est calquée, comme on le voit, sur le *Victimæ paschali laudes*, et cette dernière prose est ce que nous appellerons une PROSE-TYPE, c'est-à-dire *une prose sur laquelle on en a littéralement calqué une foule d'autres sur d'autres sujets.* Il y a eu un certain nombre de ces *proses-types* au moyen âge, mais aucune ne fut aussi populaire que le *Victimæ paschali laudes.* Adam a calqué sur elle une autre prose, son *Virginis Mariæ laudes* que nous verrons plus loin. Le seul Missel de Cluny en renferme trois sur la Vierge calquées sur cette même séquence, et l'on pourra juger, par la lecture des *Hymni latini* de Mone, à quel nombre peuvent s'élever ces imitations curieuses.

Adam, à son tour, a écrit des proses qui ont servi de type à plusieurs autres : sur le *Gaude stirpe Græcia* de saint Denis on a fait à Limoges le *Gaude stirpe, Syria,* de saint Martial ; sur le *Laudes crucis* on a calqué le *Lauda Sion,* etc.

On devra se reporter, pour bien apprécier cette prose, au *Victimæ paschali laudes,* qui se trouve partout. Nous ren-

verrons aussi aux notes de la prose d'Adam : *Christo laudes persolvat*, pour justifier notre manière d'écrire les proses notkériennes. On trouvera ici une éclatante confirmation de notre système : le *Victimæ paschali* et toutes les pièces qu'on a calquées sur ce type se composent de trois strophes, si l'on peut nommer ainsi la réunion de nos deux versets homosyllabiques. Ces trois strophes sont précédées d'une *introduction* ou *préface* où il n'entrait toujours qu'un seul verset. La première strophe se compose de deux *clausulæ* de vingt-quatre syllabes chacune, ayant deux pauses intérieures qui coupent chacune d'elles de la même manière ; la seconde et la troisième strophe ont cette même configuration, mais chacun des versets de la seconde a trente-et-une syllabes et trois pauses intérieures ; ceux de la troisième ont vingt-quatre syllabes sans point d'arrêt notable. Des deux versets de chaque strophe, alors comme aujourd'hui, l'un était exécuté par l'orgue, l'autre chanté par le chœur.

C'est d'après ce système qu'on devra écrire les proses de la première époque, jusqu'à ce jour défigurées par les éditeurs, et pour lesquelles M. Mone a inventé avec si peu de fondement une disposition singulière, d'après un *rhythme accentué* qui aurait été emprunté aux tropaires grecs. C'était dans les rapports si naturels de la musique et du texte de ces pièces liturgiques qu'il fallait chercher la vérité.

Digitized by Google

LIX

SAINT APOLLINAIRE

(23 JUILLET)

NOTICE BIBLIOGRAPHIQUE

I. La prose Laudemus Apollinarem *est attribuée à Adam : 1° par la notice de Guillaume de Saint-Lô; 2° par les* Annales *de Jean de Thoulouse qui reproduit cette notice en la confirmant.*

II. Nous n'en avons pas encore trouvé le texte.

NOTA. D'après la place de cette prose dans la liste de Guillaume de Saint-Lô (liste qui suit l'ordre de l'année ecclésiastique), il est clair qu'il s'agit ici de saint Apollinaire de Ravenne, disciple de saint Pierre, et non de saint Apollinaire de Reims qui souffrit le martyre dans cette ville avec saint Timothée, et dont la fête est célébrée le 23 août.

Digitized by Google

LX

SAINT JACQUES LE MAJEUR

(25 JUILLET)

NOTICE BIBLIOGRAPHIQUE

I. La prose suivante est attribuée à Adam : 1° par la notice de Guillaume de Saint-Lô ; 2° par les Annales *de Jean de Thoulouse qui reproduit cette notice en la confirmant.*

II. — III. C'est d'après deux manuscrits allemands que M. Mone en a publié le texte, sans nom d'auteur, *au tome III de ses* Hymni latini, p. 107.

TEXTE D'ADAM

1

PANGAT chorus in hac die
Novum genus melodiæ,
Clara dans præconia :
Jacobum resultat lyra,
In quo floruit tam mira 5
Meritorum copia.

2

Patre natus Zebedæo,
Instat mari Galilæo

Arte piscatoria,
Judaismi ficus arens 10
Nutrix ei fit et parens
In legis duritia.

3

Ex divinæ vocis oraculo,
Pro jubentis nutu vel oculo,
Piscatoris abjurat titulo 15
Præodorans dona perennia;
Synagogam mutat Ecclesia,
Patrem Deo legemque gratia,
Transfigurans mentis industria
Navem cruce verboque retia. 20

4

Vas sincerum, granum pingue,
Bibit lac cœlestis linguæ,
Vitæ sugit ubera,
Induit apostolatum,
Cœlo capit principatum, 25
Verbo premit æthera.

5

Hic in sua specie
Regem vidit gloriæ
Vultu clarum flammeo,
Quem crucis vicinia 30
Vi respersit nimia,
Sudore sanguineo.

Digitized by Google

6

Hunc in cœna mystica
Agni carne deica
Christus pavit; 35
Hujus mentem cœlitus
Aspirans Paraclitus
Debriavit.

7

Duplicem exercens alam,
Erigit cœlestem scalam 40
Sermonis et operis,
Et rebelles Deo magos
Sensu doctrinaque vagos
Fide jungit superis.

8

Dabat viva vox Hebræi 45
Sonum ut sublimis Dei;
Docens lapsus orbis rei
Solvi pœnitentia;
Jacobus ut torrens ignis
Fulgurat virtutum signis; 50
Rebus vacat Deo dignis,
Cœlis infert studia.

9

Hinc Herodes fervens ira
Rabieque furens dira
Jussa dat crudelia, 55

Digitized by Google

Jubens hunc ense feriri
Et immeritum puniri
Capitis sententia.

10

Sic, excocto gelu martyrii,
Apprehendit coronam bravii 60
Jacobi prudentia,
Cujus ope fulget Ecclesia;
Stet in fide, crescat in gratia;
Consequatur cœlorum præmia! Amen. 64

NOTES

EXTRAIT DU MARTYROLOGE ROMAIN

« Le vingt-cinquième jour de juillet... saint Jacques, apôtre, frère de saint Jean l'Évangéliste, qu'Hérode Agrippa fit décoller vers la fête de Pâques (44). Ses sacrés ossements, apportés de Jérusalem et déposés aux dernières extrémités *de ce royaume*, en *la province* de Galilée, sont honorés non-seulement par la piété des gens du pays, mais encore par le continuel concours des chrétiens qui y vont par dévotion et pour *s'acquitter de leurs vœux.* »

V. 7. *Patre natus Zebedæo.* « Dicitur enim Jacobus Zebedæi, scilicet filius, non tantum carne, sed etiam nominis interpretatione. Zebedæus interpretatur *donans* sive *donatus*, et beatus Jacobus se ipsum Christo donavit per mortis martyrium et a Deo nobis est donatus in spiritualem patronum. » (*Légende dorée*, de sancto Jacobo Majore.)

V. 8. *Instat mari Galilæo.* « Ambulans autem Jesus juxta mare Galilææ... vidit duos fratres Jacobum Zebedæi et

Joannem fratrem ejus in nave cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua, et vocavit eos.—Illi autem statim, relictis retibus et patre, secuti sunt eum. » (S. MATTH. IV, 21, 22.)

V. 10. *Judaismi ficus arens.* « [Jesus] mane revertens in civitatem, esuriit.—Et videns fici arborem unam secus viam, venit ad eam, et nihil invenit in ea nisi folia tantum, et ait illi : « Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum. » Et arefacta est continuo ficulnea. (S. MATTH. XXI, 18, 19.) Ce figuier desséché et qui ne produira plus jamais de fruits par la volonté de l'Homme-Dieu, c'est la figure de la Synagogue. « Ficus, infructuosi vel Judæi. » (S. MELITONIS CLAVIS.) Longtemps elle avait porté les fruits de la piété et de l'obéissance aux lois divines; mais quand vint Jésus-Christ sur la terre, elle était morte par la foi, morte par les œuvres, et le Sauveur la rejeta. Depuis cette malédiction, elle est stérile et l'Église a hérité de son antique fécondité.

V. 27-29. Saint Jacques le Majeur est un des trois Apôtres qui assistèrent à la Transfiguration. (Voyez S. MATTH., XVII, 1.)

V. 30-32. Au Jardin des Olives, Jésus n'avait emmené avec lui que saint Pierre et les deux fils de Zébédée. (*Voir* S. MATTH. XXVI, 37.) Ce fut donc près d'eux que le Sauveur eut cette sueur de sang dont parle saint Luc (XXII, 44), et cette agonie dans laquelle le Rédempteur était chargé de tous les péchés du monde, et les expiait.

V. 39-41. *Duplicem exercens alam...* L'homme a deux ailes pour s'élever au ciel, la vie active et la vie contemplative. (Voir la *Clef* de saint Méliton, II, 475, et III, 480.) Notre Adam entend ici par ces deux ailes la prédication et les œuvres : *sermonis et operis.*

V. 42. *Rebelles Deo magos.* On lit dans la *Légende dorée* la longue histoire de la conversion miraculeuse du mage Hermogène par saint Jacques.

V. 50. *Fulgurat virtutum signis...* Allusion au nom de

Fils du tonnerre, qui lui avait été donné ainsi qu'à saint Jean par le Sauveur lui-même. (*Voir* S. MARC. III, 17.)

V. 49-55. *Currunt ergo pontifices...* Cette dernière scène de la vie de saint Barthélemy s'est, suivant le Martyrologe, passée dans la Grande-Arménie. Mais ni Adam ni la *Légende dorée* n'indiquent ce déplacement de l'Apôtre : « Tunc omnes templorum pontifices congregati ad Astyagem regem fratrem ejus convenerunt et de deorum suorum amissione et templi subversione et regis per artem magicam deceptione contra Apostolum sunt conquesti. Astyages igitur rex indignatus mille viros armatos ad capiendum Apostolum destinavit. Qui cum adductus fuisset coram eo, dixit ei rex : « Tune es ille, qui evertisti fratrem meum ? » Cui Apostolus : « Ego illum non everti, sed converti. » Cui rex : « Sicut tu

« fecisti fratrem meum deum suum relinquere et tuo cre-
« dere, sic et ego te faciam Deum tuum relinquere et meo
« deo sacrificare. » Cui Apostolus : « Ego deum, quem cole-
« bat frater tuus, ligavi et ligatum ostendi ; ut simulacrum
« frangeret, coegi ; si sic poteris facere Deo meo, poteris
« me ad simulacrum provocare ; si non autem, ego deos
« tuos comminuam, et tu crede Deo meo. » Hæc illo dicente, nuntiatur regi quod deus suus Baldach cecidisset et comminutus fuisset. Quod rex audiens purpuram scidit, qua indutus erat, et Apostolum fustibus cædi jussit et cæsum vivum excoriari mandavit. Christiani autem corpus ejus tulerunt et honorifice sepelierunt. » (*Légende dorée*, loc. cit.)

V. 54. *Caput objecit gladio.* Il y a trois opinions sur le martyre de saint Barthélemy ; les uns veulent qu'il ait été écorché vif, et l'on sait que Michel Ange a suivi cette opinion lorsque, dans son *Jugement dernier*, il a figuré l'Apôtre présentant à Dieu la peau dont il a été dépouillé par les infidèles. Les autres prétendent qu'il fut mis en croix; d'autres enfin qu'il eut la tête coupée, et Adam se range à l'avis de ces derniers. Quant à la *Légende dorée*, elle trouve le moyen de concilier ces trois opinions. Rien de plus facile, dit-elle ; on aura d'abord crucifié le saint, puis on l'a détaché de la croix et on l'a écorché ; enfin on l'a achevé avec le glaive : « Hæc autem contrarietas taliter solvi potest ut dicatur quod primo crucifixus fuit, deinde antequam moreretur de cruce fuit depositus et ob majorem cruciatum fuit excoriatus, postremo capite truncatus. » (§ 1, *in fine.*) Le *Martyrologe Romain* n'admet que les deux derniers supplices.

V. 56. *Victor Indiæ...* Le moyen âge n'avait point des idées bien nettes sur l'Inde. La plupart des géographes de cette époque avancent qu'il y a trois Indes ; la première pour eux, c'est l'Éthiopie, la seconde la Médie, la troisième enfin

l'Inde proprement dite, « une contrée ténébreuse, inconnue, où est la fin du monde. » C'est dans ce dernier pays que la tradition place l'apostolat de saint Barthélemy, qui serait ensuite remonté du côté de la Médie, ce qui était aussi les Indes aux yeux de nos pères.

Voir sur saint Barthélemy, MONE, *Hymni latini*, III, 122-125.

Digitized by Google

LXVIII

SAINT AUGUSTIN

(28 AOUT)

NOTICE BIBLIOGRAPHIQUE

I. La prose suivante est attribuée à Adam : 1° *par le P. Simon Gourdan dans ses* Vies et maximes saintes des hommes illustres qui ont fleuri dans l'abbaye de Saint-Victor (*ms.* 1040, *de S.-V.*); 2° *par le manuscrit* 577 *du fonds de Saint-Victor.*

II. Le texte manuscrit s'en trouve, sous le nom de l'auteur, *dans ce même manuscrit* 577, *et* sans attribution : 1° *dans les missels et graduels de Saint-Victor;* 2° *dans ceux de Sainte-Geneviève;* 3° *dans ceux de l'Église de Dijon;* 4° *dans ceux de l'Église de Bordeaux;* 5° *dans ceux de Cluny, etc ;* 6° *dans le manuscrit* 487 *de Saint-Victor, etc.*

III. Le texte imprimé s'en trouve sous le nom de l'auteur : 1° *dans l'*Elucidatorium ecclesiasticum *de Clichtove, quatrième partie ;* 2° *dans la* Patrologie *de Migne, t. CXCVI* (proses d'Adam, p. 1422 et ss.); 3° *dans les notes du* Rational ou Manuel des divins offices *de Guill. Durand, traduit par M. Ch. Barthélemy, qui a donné aussi une traduction de cette prose* (III, 558).

Digitized by Google

TEXTE D'ADAM.

1

ÆTERNI festi gaudia
Nostra sonet harmonia,
Quo mens in se pacifica
Vera frequentat sabbata;

2

Mundi cordis lætitia 5
Odorans vera gaudia,
Quibus prægustat avida
Quæ sit sanctorum gloria,

3

Qua lætatur in patria
Cœlicolarum curia, 10
Regem donantem præmia
Sua cernens in gloria.

4

Beata illa patria
Quæ nescit nisi gaudia!
Nam cives hujus patriæ 15
Non cessant laudes canere.

5

Quos ille dulcor afficit
Quem nullus mœror inficit;
Quos nullus hostis impetit
Nullusque turbo concutit; 20

6

Ubi dies clarissima
Melior est quam millia,
Luce lucens præfulgida :
Plena Dei notitia.

7

Quam mens humana capere 25
Nec lingua valet promere ,
Donec vitæ victoria
Commutet hæc mortalia.

8

Quando Deus est omnia :
Vita, virtus, scientia, 30
Victus, vestis et cætera,
Quæ velle potest mens pia ?

9

Hoc in hac valle misera
Meditetur mens sobria ;
Hoc per soporem sentiat, 35
Hoc attendat dum vigilat ;

10

Quo mundi post exilia
Coronetur in patria,
Ac in decoris gloria
Regem laudet per sæcula. 40

11

Harum laudum præconia
Imitatur Ecclesia,

Digitized by Google

Dum recensentur annua
Sanctorum natalitia ;

12

Cum post peracta prælia 45
Digna redduntur præmia
Pro passione rosea ,
Pro castitate candida.

13

Datur et torques aurea
Pro doctrina catholica : 50
Qua præfulget Augustinus
In summi Regis curia.

14

Cujus librorum copia
Fides firmatur unica;
Hinc et mater Ecclesia 55
Vitat errorum devia.

15

Hujus sequi vestigia
Ac prædicare dogmata
Fide recta ac fervida,
Det nobis mater gratia ! Amen. 60

VARIANTE

V. 1. *Interni festi.* (Texte de Clichtove, missel de Cluny, etc., etc. Cette variante assez mauvaise s'est, par l'erreur des copistes, glissée de fort bonne heure dans la plupart des manuscrits.)

NOTES

EXTRAIT DU MARTYROLOGE ROMAIN.

« Le vingt-huitième jour d'août... A Hippone en Afrique, le natalice de saint Augustin, évêque et très-excellent docteur de l'Église, qui ayant été converti à la foi catholique par l'ouvrage de saint Ambroise et baptisé par le même saint, devint le plus invincible défenseur de cette même foi contre les Manichéens et contre les autres hérétiques, et ayant travaillé en beaucoup d'autres manières pour l'Église, alla en recevoir la récompense dans le ciel... »

Cette prose, sauf les trois dernières strophes, pourrait être chantée le jour de la Toussaint. L'auteur s'est rappelé que saint Augustin a écrit la *Cité de Dieu*, et il a consacré sa prose toute entière à la description des joies du ciel. Il réservait pour la prose suivante les détails biographiques et l'éloge du grand docteur.

LXIX

SAINT AUGUSTIN

(28 AOUT)

NOTICE BIBLIOGRAPHIQUE

I. La prose suivante n'est attribuée à Adam que par le manuscrit 577 *de Saint-Victor. Quoiqu'on ne puisse pas en général se fier à ce manuscrit et qu'il renferme de fausses attributions, il est cependant plus que probable que cette prose est de notre poëte ; nous ferons observer pour justifier notre assertion :*

1° *Qu'il n'est pas étonnant que Guillaume de Saint-Lô ait oublié de citer cette prose dans sa liste, puisqu'elle n'était que peu connue, puisqu'on ne la chantait pas à Saint-Victor, puisqu'enfin il est avéré qu'Adam a fait beaucoup plus de proses qu'il n'y en a d'énumérées dans les listes des manuscrits Victorins ;*

2° *Que le style de cette prose est celui d'Adam, et qu'il suffit de la lire une fois pour être persuadé qu'elle est de lui.*

II. Le texte manuscrit s'en trouve sous le nom d'Adam *dans le manuscrit* 577 *de Saint-Victor. On ne la chantait pas à Saint-Victor, bien que les mots* Qui te patrem venerantur *démontrent suffisamment qu'elle avait été composée dans cette abbaye. — Le texte* sans nom d'auteur *se trouve :* 1° *dans les missels et graduels de Cluny ;* 2° *dans le manuscrit latin de Genève* 30d, *etc.*

III. Le texte imprimé s'en trouve sans nom d'auteur: 1° *dans le* Thesaurus hymnologicus *d'Adalbert Daniel* (II, Prosæ sæculi XIIIi vel XIVi); 2° *dans les* Hymni latini *de Mone* (III, 210), *d'après un manuscrit de Munich.*

TEXTE D'ADAM

1

De profundis tenebrarum
Mundo lumen exit clarum
Et scintillat hodie :
Olim quidem vas erroris,
Augustinus vas honoris 5
Datus est Ecclesiæ.

2

Verbo Dei dum obedit,
Credit errans et accedit
Ad baptismi gratiam;
Quam in primis tuebatur, 10
Verbis, scriptis exsecratur
Erroris fallaciam.

3

Firmans fidem, formans mores,
Legis sacræ perversores
Verbi necat gladio; 15
Obmutescit Fortunatus;
Cedunt Manes et Donatus
Tantæ lucis radio.

Digitized by Google

4

Mundus marcens et inanis
Et doctrinis doctus vanis 20
Per pestem hæreticam
Multum cœpit fructum ferre
Dum in fines orbis terræ
Fidem sparsit unicam.

5

Clericalis vitæ formam 25
Conquadravit juxta normam
Cœtus apostolici:
Sui quippe nil habebant;
Tanquam suum dividebant
In commune clerici. 30

6

Sic multorum pro salute
Diu vivens in virtute
Bona tandem senectute
Dormivit cum patribus.
In extremis nil legavit 35
Qui suum nil æstimavit,
Immo totum reputavit
Commune cum fratribus.

7

Salve, gemma confessorum,
Lingua Christi, vox cœlorum, 40
Tuba vitæ, lux doctorum,
Præsul beatissime;

Qui te patrem venerantur,
Te doctorem, consequantur
Vitam in qua gloriantur 45
Beatorum animæ. Amen. 46

VARIANTES

Les vers 10-12 ne sont pas dans Mone.
Nos vers 19-21 sont dans Mone les 10-12.
V. 13. *Confirmans fidem et mores.* (Texte de Mone.)
V. 29. *Serviebant.* (Id.)
V. 35. *In extremo.* (Id.) — V. 36. *Quod.* (Id.)
V. 40. *Lumen Christi.* (Texte de Daniel.)— V. 43. *Nam te primum venerantur.* (Texte de Mone.)

NOTES

— Voir les notes de la prose : *Augustini præconia.*

V. 31-38. Voici comment, d'après les anciens, la *Légende dorée* rapporte la mort du grand évêque d'Hippone : « In diebus autem illis, anno scilicet Domini CCCCXL, Wandali totam Africæ provinciam occupaverunt, vastantes omnia, nec parcentes sexui, ordini vel ætati. Post hoc autem ad Hipponensium civitatem pervenerunt et ipsam manu valida obsederunt. Sub hac tribulatione Augustinus præ cæteris suæ senectutis amarissimam et lugubrem duxit vitam... Convocatis autem fratribus dixit iis : « Ecce rogavi Dominum, « ut aut nos ab his periculis eruat aut patientiam tribuat aut « me de hac vita suscipiat, ne tot calamitates videre compel- « lar. » Et ecce tertium quod petivit obtinuit, et tertio obsidionis mense febribus laborans lecto decubuit. Intelligens autem dissolutionem sui corporis imminere, VII psalmos pœnitentiales sibi scribi fecit, ipsosque in loco contra

parietem positos lecto decubans legebat et ubertim ac jugiter lacrymas fundebat. Ad extremam autem horam veniens, membris omnibus sui corporis incolumis, integro adspectu atque auditu, anno ætatis suæ LXXVII, episcopatus vero XL, coram positis fratribus et orantibus migravit ad Dominum. Testamentum nullum fecit, quia, unde faceret, pauper Christi non habuit. » (*Légende dorée*, loc. cit.)

On trouvera sur saint Augustin dans Mone (*Hymni latini*, III, 204-212), une série de huit pièces liturgiques (hymnes, proses, antiennes).

Digitized by Google

LXX

LA DÉCOLLATION

DE SAINT JEAN-BAPTISTE

(29 AOUT)

NOTICE BIBLIOGRAPHIQUE

I. La prose suivante est attribuée à Adam : 1° *par la notice de Guillaume de Saint-Lô ;* 2° *par les* Annales *de Jean de Thoulouse, qui reproduit cette notice en la confirmant ;* 3° *par le P. Simon Gourdan ;* 4° *par le manuscrit* 577 *du fonds de Saint-Victor.*

II. Le texte manuscrit s'en trouve sous le nom de l'auteur *dans ce même manuscrit* 577, *et* sans attribution : 1° *dans les missels et graduels de Saint-Victor ;* 2° *dans ceux de l'Église de Paris ;* 3° *dans ceux de Cluny, etc. ;* 4° *dans le manuscrit* 1139 *de l'ancien fonds latin* (*ancien manuscrit de Saint-Martial de Limoges*). — *La traduction manuscrite qui est inédite est renfermée dans le manuscrit* 6843² *de l'ancien fonds français.*

III. Le texte imprimé s'en trouve sous le nom de l'auteur : 1° *dans l'*Elucidatorium ecclesiasticum *de Clichtove, quatrième partie ;* 2° *dans la* Patrologie *de Migne, t. CXCVI* (proses d'Adam, p. 1422 et ss.) : 3° *dans les notes du* Rational ou Manuel des divins offices *de Guill. Durand, traduit par M. Ch. Barthélemy* (III, 559). — *M. Ch. Barthélemy a donné en regard du texte une traduction de cette prose.*

Digitized by Google

TEXTE D'ADAM

1

PRÆCURSOREM summi regis
Et præconem novæ legis
Celebrat Ecclesia.
In hac luce tam festiva,
Gaude, mater, et votiva, 5
Deprome præconia.

2

Hujus ortum veneremur,
Sed nec minus delectemur
In ejus martyrio.
Totus mundus sit jocundus ! 10
Nulli martyr hic secundus
Virtute vel præmio.

3

Non est nostræ pravitatis
Virum tantæ sanctitatis
Laudare per omnia. 15
Summa rei recitetur,
Ut affectus inflammetur
Ex ejus memoria.

4

Non arundo levitatis,
Sed columna veritatis, 20
Nulla palpat crimina ;

Scribas tangit et doctores,
Vocans legis transgressores
Viperæ genimina.

5

Arguebat hic Herodem, 25
Nec terretur ab eodem
Ligatus in carcere.
Fert injuste justus pœnam,
Rem detestans tam obscenam
Regis et adulteræ. 30

6

Sævit in hunc vis tyranni :
Laus accrescit hinc Johanni,
Tyranno supplicium ;
Stultus servit sapienti,
Quia justus in præsenti 35
Purgatur per impium.

7

In natalis sui cœna
Capitali plecti pœna
Johannem rex imperat.
Spiculator saltatrici, 40
Saltatrix dat genitrici
Caput quod petierat.

8

Crux præsignat sublimari
Christum, sed hunc minorari
Capitis abcissio. 45

Mors est justi pretiosa
Quam præcessit gloriosa
Vitæ conversatio.

9

Nos ad laudem tui, Christe,
Præcursoris et Baptistæ 50
Colimus solemnia.
Tu nos ab hac mortis valle,
Duc ad vitam recto calle
Per ejus vestigia. Amen. 54

TRADUCTION DU XVe SIÈCLE

1

Le precursour du très grant roi,
L'annonceur de nouvele loi
Huy celebre sainte Eglise :
En ceste feste noble et clere
Esjoys toi, devote mere,
Monstre que es de loyer aprise.

2

Sa nativité honnourons,
Mes point mains ne nous delectons
En son grief martire et tourment ;
Tout le monde s'est esjoy,
Car tel martir ne fu oy
En vertu ne en paiement.

3

Nostre mauvestié ne peut mie
D'omme de si très digne vie

Por tous ses biens loange faire ;
Soit la somme en gros recitée
Et l'affection excitée
Quant nous faisons de lui memoire.

4

Lui columpne de fermeté,
Non pas ros de legiereté,
De nul mal ne fait flatement ;
Maistres de la Loy et docteurs
Il nomme de Loy transgressours
Et de serpent engendrement.

5

Il le roy a repris
Ne lui lié, en chartre mis,
De riens espoventé n'estoit ;
Le juste seuffre paine à tort,
En reprenant le pechié ort
Du roy qui sa ribaude avoit.

6

Le tirant fait contre lui force,
Donne à Jehan loange enforce
Et au tirant acroist tourment.
Le fol ou monde au sage sert,
Car ci cil qui mal ne dessert
A par le mauves purgement.

7

Quant pour sa nativité
Le roy grant feste ordena,
Que Jehan fust decapité
Très cruelment commanda.

Celui qui le chief li couppa,
Le donna tost à la saillante
Qui à sa mere le porta
Qui le chief estoit requerante.

8

La croys montra que esssaucié
Jhesus seroit; Jehan abessié
Monstre de son chief trenchement.
La mort du juste [est] precieuse
Quant devant est si glorieuse
Sa vie et son conversement.

9

Doulz Jhesus Crist, à ton honneur,
Du baptiste et du precursour
Honnourons la solempnité:
De ceste mortel valée
La voye qu'il a alée.
Nous maine droit a ta cité! Amen.

NOTES

EXTRAIT DU MARTYROLOGE ROMAIN.

« La décollation de saint Jean-Baptiste, à qui Hérode fit couper la tête vers la fête de Pâque [1], dont toutefois on solennise la mémoire en ce jour qui fut celui où son chef fut trouvé pour la seconde fois. Cette sacrée relique a depuis été portée à Rome, où elle est conservée avec une singulière dévotion du peuple dans l'Église Saint-Sylvestre, au Champ de Mars. »

[1] Cette décollation serait en réalité du 1er avril selon l'exacte supputation de M. Toynard. (Note de l'abbé Chatelain, dans son *Martyrologe universel.*)

V. 7-9. *Hujus ortum veneremur, sed non minus delectemur in ejus martyrio.* Allusion aux deux grandes fêtes que l'Église célèbre en l'honneur de saint Jean-Baptiste, sa *Nativité,* le 24 juin, sa *Décollation,* le 29 août.

V. 21-24... *Viperæ genimina.* « Videns autem [Joannes] multos Pharisæorum et Saducæorum venientes ad baptismum suum dixit eis : « Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere a ventura ira ; facite ergo fructum dignæ pœnitentiæ. » (MATTH., III, 7-8.) L'expression même de *viperarum genimina* est dans saint Luc (III. 7).

V. 25-30. *Arguebat hic Herodem...* « [Herodes] tenuit Joannem, et vinxit eum in carcere propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Dicebat enim Joannes Herodi : « Non licet tibi habere uxorem fratris tui.» (LUC., VI, 17-18.) —Voir aussi saint Matthieu, XIV, 1-13.

V. 37. *In natalis sui cœna...* C'est en effet le jour de la fête d'Hérode que saint Jean fut martyrisé : « Cum dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnam fecit principibus et tribunis et primis Galilææ. » (MARC., VI, 21.)

V. 38-42. *Capitali plecti pœna Joannem rex imperat...* «Cumque [dum cœnarent] introïsset filia ipsius Herodiadis, et saltasset, et placuisset Herodi simulque recumbentibus, rex ait puellæ : « Pete a me quod vis et dabo tibi... » Quæ cum exiisset, dixit matri suæ : «Quid petam ? » Et illa dixit: « Caput Joannis Baptistæ... » Et... rex... misso spiculatore præcepit afferri caput ejus in disco. Et decollavit eum in carcere, et attulit caput ejus in disco, et dedit illud puellæ, et puella dedit matri suæ.» (MARC., VI, 22-29.)

V. 40. *Spiculator...* M. Barthélemy a écrit : *Speculator,* et a traduit par *envoyé.* Or, le texte porte *spiculator,* qui a d'abord signifié : homme armé d'un javelot, puis, par extension, *bourreau.* L'Évangile porte aussi : *Misso spiculatore.* — Pourquoi traduire aussi *saltatrix* par : *une* danseuse?

V. 43. *Crux præsignat sublimari Christum, sed hunc*

minorari capitis abscissio. Saint Jean a dit en parlant du Christ : « Ille oportet crescere, me autem minui. » (JOANN., III, 30.) Le genre de mort du Précurseur et de son Maître, dit Adam après d'autres auteurs ecclésiastiques, a aussi confirmé ces paroles : le Christ est devenu *plus grand* que saint Jean, quand il a été élevé sur la croix d'où il a dominé toute la terre; le Précurseur est devenu *plus petit* quand le bourreau lui a tranché la tête. C'est une puérilité de mauvais goût.

Voir plusieurs hymnes et proses sur saint Jean-Baptiste dans les *Hymni latini* de Mone. (III, 37-57).

Digitized by Google

LXXI

SAINT GILLES

(1er SEPTEMBRE)

NOTICE BIBLIOGRAPHIQUE

I. La prose suivante est attribuée à Adam : 1° *par la notice de Guillaume de Saint-Lô ;* 2° *par le manuscrit* 577 *du fonds de Saint-Victor.*

II. Le texte manuscrit s'en trouve dans ce même manuscrit 577, sous le nom de l'auteur.

III. Elle est inédite.

TEXTE D'ADAM

1

CONGAUDENTES exultemus,
Exultantes celebremus
Egidii solemnia,
Qui triumphans de terrenis
Coronandus in supernis 5
Summa petit gaudia !

2

Hunc insignem pietate,
Virum plenum sanctitate,

Digitized by Google

Stirpe natum regia,
Templum Deo mox futurum, 10
Mundo satis profuturum
Procreavit gratia.

3

Qui in primo ævi flore
Quantus floret in virore
Præmonstravit gratia; 15
Data veste mendicanti,
Confert diu languescenti
Salutis remedia.

4

Hinc, post mortem genitorum,
Plenus laude meritorum, 20
Sua vendens omnia,
Larga manu dat egenis,
Egens ipse, alienis,
Exsulat a patria.

5

Undis nautæ fatigati 25
Portum petunt liberati
Per ejus suffragia;
Medicina dum rogatur,
Sanitati revocatur
Vidualis filia. 30

6

Pellitur sterilitas,
Succedit fertilitas,

Digitized by Google

Surgit messis copia.
Ægri reparatio,
Pulso morbi vitio, 35
Mœstis fit lætitia.

7

Ad deserta sitiens
Properavit, fugiens
Hominum consortia.
Panis ubi deerat, 40
Christus tamen aderat
Parando cibaria;
Fame ne deficeret,
Affuit quæ pasceret
Virum Dei, bestia. 45

8

Sic latere voluit;
Sed latentem reperit
Regalis familia.
Per nutricem cognitus,
A rege commonitus 50
Struit monasteria.
Illic castra militum
Pro Christo certantium
Collocavit fortia.

9

Hunc devote qui precatur 55
Voto regis non frustratur,
Protestante Gallia;

Digitized by Google

Dum pro rege supplicatur
Qui commisso premebatur,
Impetratur venia. 60

10

Mox nacturus præmia
Pro mundi victoria,
Subiit cœlestia;
Quem cœli militia
Duxit ad palatia 65
Ubi pax et gloria.

11

Hujus festum veneremus,
Venerantes habeamus
Semper in memoria.
Hunc submisse flagitemus,
Flagitantes imploremus 70
Nobis dari gaudia,
Quo felices maneamus
Et cum sanctis decantemus
Festivum alleluia! Amen. 74

NOTES

EXTRAIT DU MARTYROLOGE ROMAIN.

«Le premier jour de septembre.., au Bas-Languedoc, saint Gilles, abbé et confesseur.»

V. 9. *Stirpe natum regia*. Les légendes le font naître à Athènes, de race royale.

Digitized by Google

V. 16-18. *Data veste mendicanti.* « Ægidius Athenis ex regia stirpe progenitus et sacris litteris ab infantia eruditus, dum quadam die ad ecclesiam pergeret, cuidam ægro in elemosynam petenti tunicam suam tribuit, qua indutus sanitatem integram mox recepit. » (*Légende dorée*, De sancto Ægidio.)

V. 21-24. «Post hoc, parentibus suis in Domino quiescentibus, patrimonii sui Christum fecit hæredem... verum humani favoris formidans periculum, clam littus maris petiit.» (*Légende dorée*, loc. cit.)

V. 25-27. *Undis nautæ fatigati.* « [Ægidius] nautas quesdam in mari periclitantes conspexit et, facta oratione, tempestatem omnem sedavit. Applicantibus autem nautis, audito quod Romam tenderet, gratias ejus meritis egerunt et, quod cum secum gratis veherent, promiserunt.» (*Légende dorée*, loc. cit.)

V. 28-30. Arrivé à Arles, le saint fit de nombreux miracles. La *Légende dorée* n'en donne point le détail. Mais on sait d'ailleurs que cette jeune fille à laquelle font allusion les vers d'Adam, était une Arlésienne, qu'aucun médecin n'avait pu guérir d'une fièvre opiniâtre. Saint Gilles la rendit à sa mère entièrement guérie; c'est ce qu'exprime une prose en son honneur qui commence par ces mots : *Quantum decet, quantum valet :* (Mone, *Hymni latini*, III, 165.)

Arelatem transfretavit,
Hic a febre revocavit
Theocritæ filiam.

V. 31-36. Ces miracles eurent lieu, le second à Arles où Saint Gilles resta deux ans près de l'évêque saint Césaire; le premier dans la solitude où le saint se cacha pour vivre en ermite : « Cum igitur Arelatem venisset, biennio cum sancto Cæsario ejusdem civitatis episcopo mansisset et ibidem quemdam triennio febricitantem curasset, eremum

cupiens, clam discessit et cum Veredonio eremita sanctitate conspicuo diu mansit, ubi sterilitatem terræ suis meritis fugavit. » (*Légende dorée*, loc. cit.)

V. 37-45. *Ad deserta sitiens, etc...* « Dum ubique miraculis coruscaret, humanæ laudis timens periculum, relicto eo, interiorem eremum penetravit, ubi quoddam antrum et quemdam fonticulum reperiens, quamdam nihilominus cervam præparatam ibidem habuit in nutricem, quæ certis horis lactis alimoniam sibi præbebat. » (*Légende dorée*, loc. cit.)

V. 47-49. *Sed latentem reperit...* « Sed cum ibidem regis pueri venarentur, prædictam videntes cervam, cæteris feris contemptis, hanc cum canibus insequuntur ; a quibus dum vehementer urgeretur, ad pedes sui confugit alumni. Ille vero admirans cur præter solitum sic mugiret, exiens et venatores audiens, Dominum exoravit, ut, quam sibi tribuerat nutricem, servaret. Canum autem nullus infra lapidis jactum sibi appropinquare ausus est, sed cum nimio ululatu ad venatores revertebantur. Nocte igitur superveniente, domum redeunt et in sequenti die illuc revertentes casso labore domum iterum redierunt. Quod dum rex audiisset, rem ut erat suspicatus, cum episcopo et multitudine venatorum illuc properavit;... milites semitam ferro aperientes ad ipsius devenerunt speluncam et videntes senem habitu monachali vestitum, canitie autem et ætate venerabilem, cervam quoque ad ejus genus provolutam, solus episcopus et rex eum pedites adierunt, cæteris retro stare jussis, et interrogaverunt eum, quis esset vel unde venisset aut cur tam densam eremi vastitatem petiisset. » (*Légende dorée*, loc. cit.)

V. 50-51. *A rege commonitus struit monasteria.* « Cum rex eum frequenter visitaret et pabulum salutis ab eo reciperet, immensas divitias obtulit, sed eas ille recipere recusavit, admonens, ut inde monasterium construeret, ubi monastici ordinis discipliua vigeret. Quod cum rex fecisset, victus Ægidius lacrymis et precibus regis, postquam plurimum

renuisset, illius monasterii curam suscepit. » (*Légende dorée*, loc. cit.)

V. 58-60. *Dum pro rege supplicatur*... Cette légende a été plus développée dans la prose suivante. Voir la note des vers 29-40.

V. 64-66. *Quem cœli militia.* « Tandem Dominus diem sui obitus imminere sibi per spiritum revelavit, quod ille fratribus indicans et pro se orare suadens, in Domino feliciter obdormivit, ubi choros angelorum ejus animam in cœlum deferentium plurimi se audivisse testati sunt. » (*Légende dorée*, loc. cit.)

Digitized by Google

LXXII

SAINT GILLES

(1er SEPTEMBRE)

NOTICE BIBLIOGRAPHIQUE

I. La prose suivante est attribuée à Adam : 1° *par la notice de Guillaume de Saint-Lô ;* 2° *par les* Annales *de Jean de Thoulouse, qui reproduit cette notice en la confirmant ;* 3° *par le manuscrit* 577 *du fonds de Saint-Victor.*

II. Le texte manuscrit s'en trouve sous le nom de l'auteur *dans ce même manuscrit* 577, *et* sans attribution *dans les missels et graduels de l'Église de Paris, etc. — La traduction manuscrite, qui est inédite, est renfermée dans le manuscrit* 6843² *de l'ancien fonds français.*

III. Elle est inédite.

TEXTE D'ADAM

1

PROMAT pia vox cantoris
Hujus laudem confessoris !
Ipsum laudans, præsens chorus
Sit festivus et canorus !

2

Fide fuit Deo carus, 5
Mundo quoque stirpe clarus :
Mundi tamen sprevit fastum
Se conservans Deo castum.

3

Adhuc ævo puerili,
Sensu fuit tam subtili 10
Quod in brevi fit doctorum
Doctor ipse doctiorum.

4

Ardens intus caritate,
Foris lucet honestate;
Intus ardens vis amoris 15
Per exemplum lucet foris.

5

Dum languenti præbet vestem
Mox languoris fugat pestem,
Ex divina dans virtute
Vestem simul cum salute. 20

6

Quidquid rerum possidebat
Christo dedit quem colebat;
Fit egenus, ut egeni
Fiant bonis ejus pleni.

7

Dum egenis hoc impendit 25
Christus ei plus rependit;

Digitized by Google

Dans pro Christo transitura
Promeretur permansura.

8

Quod fateri rex veretur
Scelus scire promeretur ; 30
Christus ei revelavit
Scelus quod rex perpetravit.

9

Nam altari dum astaret
Dumque missam celebraret,
De supernis charta missa 35
Regis pandit huic commissa.

10

Hic horrendæ rei reum
Videns crimen apud Deum,
Jam pro rege supplex orat
Cujus culpam non ignorat. 40

11

Servo Dei non ingratum
Præbet cerva famulatum :
Servit cerva nutu Dei,
Quasi grates agens ei.

12

Plura possunt reperiri 45
Mira facta sancti viri
Quibus clare demonstratur
Quam præclarus habeatur.

Digitized by Google

13

Hic præsentem juvet chorum
Ut in regno beatorum 50
Regem videns sempiternum
Glorietur in æternum. Amen. 52

VARIANTES

V. 9. *Puerilis.* (Missel de Paris.)
V. 10. *Subtilis.* (Id.)
V. 12. *Doctor ipse decretorum.* (Id.)
V. 14. *Lucens.* (Id.)
V. 32. *Quod fateri rex expavit.* (Ms. 577.)
La strophe 12 n'est pas dans le manuscrit 577 de Saint-Victor.

TRADUCTION DU XVe SIÈCLE

1

Chante la vois du chanteour
A l'onnour de cest confessour,
Et cest present cuer li loant
Soit festival et resonnant!

2

A Dieu fu ami par creance :
Noble ou monde et de grant puissance ,
L'orgueil du monde refusa
Et toudis chasté se garda.

3

En aage d'enfansibleté,
Il fu de tel subtilité

Que de tous les docteurs le sens
Il trespassa en pou de temps.

4

Dedens ardoit par charité,
Dehors luisoit par honnesté ;
Force ardant d'amour qu'il avoit
Par exemple hors reluisoit.

5

Quant .I. langouroux revesti,
Il fu de la languour gari :
Ainsi par divine vertu
Il ot vestement et salu.

6

Tout ce qu'en cest monde poursist,
Il voult donner à Jhesu Crist :
Pour povres faire plains de biens,
Povre fu sans retenir riens.

7

Quant aus povres ces choses donne,
Jhesu Crist plus li guerredonne ;
Pour Dieu donne choses passables,
Mez il dessert biens parmanables.

8

Le pechié que n'osoit gehir
Le roy, cest saint pout enquerir :
Jhesu Crist li revela
Le mal que le roy perpetra.

9

Car quant à l'autel estoit
Où la messe celebroit,

Dieu de lassus li mande et dit
Le pechié du roy en escript.

10

Quant de l'errour sceust verité,
Au roy vers Dieu l'iniquité,
Pour le roy fu humble priant
Qui son pechié estoit scavant.

11

Au servant Dieu par bele guise
La biche abandonne servise;
Au plaisir Dieu cerve servoit
Et ainsi graces li donnoit.

12

Plusieurs pevent estre trouvées
Merveilles par cest saint ouvrées,
Par quoy est clerement scéu
Comme il doit estre noble éu.

13

A la presente compaignie
Veuille saint Gille fere aye,
Qu'ou regne des sains delectable
Nous voions le Roy pardurable
Et aions gloire non muable ! Amen.

NOTES

Voir les notes de la prose précédente, où toute la vie de saint Gilles a été exposée d'après la *Légende dorée*, à l'exception toutefois de ce qui suit :

V. 29-40. *Quod fateri rex veretur, etc.* « [Ægidii] famam rex Carolus ut audivit, ejus impetrato adventu, reverenter

eum suscepit. Inter cætera salutis colloquia, rex eum rogavit ut pro eo dignaretur orare, quia quoddam facinus enorme commiserat quod nulli unquam nec ipsi sancto confiteri auderet. Sequenti igitur dominica, dum Ægidius celebrans pro rege oraret, angelus Domini eidem apparens schedulam super altare posuit in qua scriptum erat per ordinem regis peccatum Ægidii precibus jam esse dimissum, sed tamen pœnitens et confitens ab illo deinceps abstineret. » (*Légende dorée*, De sancto Ægidio.)

— Armipotentis Galliæ
Regem orando gloriæ
Regi reconciliat...
(Prose : *Quantum decet, quantum valet.*)

Voir sur saint Gilles l'hymne : *Alme confessor*, et les proses : *Sicut passer* et *Quantum decet*, dans les *Hymni latini* de Mone (III, 165-168).

LXXIII

LA NATIVITÉ

DE LA SAINTE VIERGE

(8 SEPTEMBRE)

NOTICE BIBLIOGRAPHIQUE

I. La prose suivante est attribuée à Adam : 1° *par la notice de Guillaume de Saint-Lô ;* 2° *par les* Annales *de Jean de Thoulouse, qui reproduit cette notice en la confirmant, et qui, dans sa propre notice d'Adam, parle assez longuement de cette prose ;* 3° *par le P. Simon Gourdan, et toute la tradition de Saint-Victor :* 4° *par le manuscrit* 577 *du fonds de Saint-Victor ;* 5° *par le manuscrit de Bruxelles* 4894 (XIV s. d/3.), etc., etc.

II. Le texte manuscrit de cette prose se trouve sous le nom de l'auteur : 1° *dans le manuscrit* 577 *du fonds de Saint-Victor ;* 2° *dans le manuscrit de Bruxelles* 4894 (*sous ce titre :* Oratio magistri Adæ de S.-V. ad beatam Mariam.) — *On le trouve* sans attribution : 1° *dans les missels et graduels de Saint-Victor ;* 2° *dans ceux de l'Église de Paris ;* 3° *dans ceux de Sainte-Geneviève ;* 4° *dans ceux de Cluny, etc. ;* 5° *dans le manuscrit latin de Genève* 30d, *etc.* — *La traduction manuscrite, qui est inédite, est renfermée dans le manuscrit* 6843² *de l'ancien fonds français.*

III. Le texte imprimé du Salve mater Salvatoris *se trouve* sous le nom de l'auteur : 1° *dans l'*Elucidatorium eccle-

siasticum *de Clichtove, quatrième partie ;* 2° *dans la* Patrologie *de Migne, t. CXCVI* (proses d'Adam, p. 1422 et ss.) ; 3° *dans les notes du* Rational ou Manuel des divins offices *de Guill. Durand, traduit par M. Ch. Barthélemy* (III, 555) ; 4° *dans les* Carmina e poetis Christianis *de M. F. Clément* (p. 504) ; 5° *dans* l'Année liturgique *de D. Guéranger* (III, 444). — *Ce même texte se trouve* sans attribution : 1° *dans les* Hymni latini *de Mone* (*d'après* 5 *manuscrits allemands*, (II, 309) ; 2° *dans le* Thesaurus hymnologicus *de Daniel* (II, 82).—*Trois traductions ont paru ; les deux premières, en regard du texte, de Dom Guéranger et de M. Ch. Barthélemy. La troisième a été publiée par M. F. Clément dans la traduction de ses* Carmina [1].

IV. A Saint-Victor on chantait cette prose pour la Nativité. *Dans l'Église de Paris on la chantait dans les trois solennités suivantes :* 1° In Annunciatione, post Pascha ; 2° In Oct. Assumptionis ; 3° In Oct. Nativitatis.

TEXTE D'ADAM

1

SALVE, mater Salvatoris,
Vas electum, vas honoris,
Vas cœlestis gratiæ ;
Ab æterno vas provisum,
Vas insigne, vas excisum 5
Manu Sapientiæ !

[1] C'est cette prose que l'on trouve traduite dans les *Marials*, comme l'indiquent souvent leurs titres : *Le grand Marial de la mère de vie, louanges de la Vierge Marie, avec la prose de maître Adam de Saint-Victor en l'honneur de la Vierge, translatée en français.* Paris, 1539, 2 vol. in-4°, rare, etc., etc.

2

Salve, Verbi sacra parens,
Flos de spinis, spina carens,
Flos, spineti gloria !
Nos spinetum, nos peccati 10
Spina sumus cruentati,
Sed tu spinæ nescia.

3

Porta clausa, fons hortorum,
Cella custos unguentorum,
Cella pigmentaria : 15
Cinnamomi calamum,
Myrrham, thus et balsamum
Superas fragrantia.

4

Salve, decus virginum,
Mediatrix hominum, 20
Salutis puerpera ;
Myrtus temperantiæ,
Rosa patientiæ,
Nardus odorifera !

5

Tu convallis humilis; 25
Terra non arabilis,
Quæ Deum parturiit;
Flos campi, convallium
Singulare lilium,
Christus ex te prodiit. 30

6

Tu cœlestis paradisus
Libanusque non incisus,
  Vaporans dulcedinem :
Tu candoris et decoris,
Tu dulcoris et odoris 35
  Habes plenitudinem.

7

Tu thronus es Salomonis,
Cui nullus par in thronis
  Arte vel materia :
Ebur candens castitatis, 40
Aurum fulvum charitatis
  Præsignant mysteria.

8

Palmam præfers singularem
Nec in terris habes parem,
  Nec in cœli curia ; 45
  Laus humani generis,
  Virtutum præ cæteris
  Tenes privilegia.

9

  Sol luna lucidior,
  Et luna sideribus ; 50
  Sic Maria dignior
  Creaturis omnibus.

10

  Lux eclipsim nesciens

Virginis est castitas,
Ardor indeficiens, 55
Immortalis charitas.

11

(*Dum venerabilis Adam sequenti versiculo beatam Virginem Mariam salutaret, ab ea resalutari et regratiari meruit :*)

SALVE, MATER PIETATIS,
ET TOTIUS TRINITATIS
NOBILE TRICLINIUM :
Verbi tamen incarnati 60
Speciale majestati
Præparans hospitium !

12

O Maria, stella maris,
Dignitate singularis,
Super omnes ordinaris 65
Ordines cœlestium :
In supremo sita poli,
Nos assigna tuæ proli,
Ne terrores sive doli
Nos supplantent hostium. 70

13

In procinctu constituti,
Te tuente simus tuti,
Pervicacis et versuti
Tuæ cedat vis virtuti,
Dolus providentiæ. 75

Digitized by Google

Jesu, Verbum summi Patris,
Serva servos tuæ matris,
Solve reos, salva gratis,
Et nos tuæ claritatis
Configura gloriæ. Amen. 80

VARIANTES

V. 8. *Flos de spina.* (Texte de Mone et Missel de Paris.)
V. 27. *Quæ fructum parturiit.* (Texte de Clichtove et missel de Paris.)
V. 36. *Habens.* (Mone et Missel de Paris.)
V. 48. *Habens.* (Clichtove, etc.) *Habes.* (Missel de Paris.)
V. 53. *Sol.* (Mone.)
V. 67. *In superno.* (Id.)
V. 80. *Gratiæ.* (Id.)

TRADUCTION DU XVe SIÈCLE

1

Salve, *mere du Sauvéour,*
Vessel esleu, vessel d'onnour,
Vessel de grace et de leesce;
Vessel de pieça pourvéu,
Noble, trenchié et esléu
Par main de droite sagesce!

2

Salve, *du filz Dieu mere digne,*
Flour d'espine issant sans espine,
Flour en qui n'a pointure!

Nous pecheours, nous l'espiney,
Chascun de nous est espiné,
Mes tu es de pechié pure.

3

Porte close, en jardin fontaine,
Chambre qui garde ointure saine
Et la celle du pyment;
Plus que canele, mirre, encens,
Et plus que basme meilleur sens
Par ton doulz oudourement.

4

Dieu te saut, des vierges l'onnour,
Moienneresse à notre Seignour,
Aus homes salu enfantante!
Tu es la mirre d'attrempance
Et la rose de pacience
Et nardus bonne oudour portante.

5

Tu es humble et basse vallée,
Et terre qui n'es point arée
Qui nous aporte très bon fruit;
De valée lys singulier,
Qui flour de champ se fait nommer,
Jhesu Crist de toi issist.

6

Tu celestiel Paradis,
Le mont entier de qui jadis
Douchour est evaporée;
De biauté et de blanchour,
De douçour, de bonne oudour
Est en toi plenté trouvée.

Digitized by Google

7

Tu es le throne Salemon,
Dessus tous par election,
En fachon et en matière ;
De ta chasté blanche [ivoire] [1],
L'or de charité entiere
Segnefie le mistere.

8

Palmes portes singulier;
En terre n'as nulle per
Ne ou celestiel siege :
Tu es los de l'umain lignage,
Tu as de vertus le mesnage
Et devant tous privilége !

9

Le soleil es[t] plus luisant
Et lune qu'estoille pure :
Aussi Marie est plus grant
Que toute autre creature.

10

Clarté qui n'est point obscure
Est de la vierge la purté ;
Ardant amour toudis pure
Est immortel charité.

11

Dieu te saut, mere de pitié ,
Qui de toute la Trinité
Es la noble treble meson ;

1 Le texte porte : *De la chasté blanche première.* Le rhytme et le sens sont également violés par cette leçon, qui est évidemment un erreur du copiste.

Mes au filz Dieu en majesté
Especial as apresté
En ton corps habitacion.

12

O Marie, estoille de mer,
Dignité singulière tiens :
Dieu pour voir te voult ordener
Sus tous ordres celestiens.

Toi haut assise ou ciel, Marie,
Veuilles pour nous ton filz prier
Qu'anemi par sa tricherie
Ne nous supplante en guerroier.

13

Nous es peris de ceste vie
Sommes seürs par ta deffense ;
D'anemi force et tricherie
Fuit ta vertu et providence.

Jhesu, filz du souverain Père,
Garde les sergens de ta mere ;
Les mauvès par grace deslie ;
Sauve nous par don voluntaire ;
En la clarté de haute vie
Nous configures en ta gloire. Amen.

NOTES

V. 7-12. *Flos de spinis, spina carens...* Marie est une fleur qui est sortie des épines de la Synagogue :

Ad nutum Domini nostrum dictantis honorem,
Sicut spina rosam, genuit Judæa Mariam.

Voir du reste la note du vers 61 de la prose : *Virgo mater Salvatoris*, où nous avons donné un beau passage du sermon 65 d'Hugues de Saint-Victor. Ici les épines figurent non-seulement la Synagogue, mais encore la race humaine toute entière, ensanglantée par les épines du péché.

—*Nos peccati spina sumus cruentati, sed tu spinæ nescia.* C'est une belle et claire expression de la croyance à l'Immaculée Conception. L'école de Saiut-Victor a témoigné souvent de son attachement à ce dogme. (V. RICHARD DE S.-V., *In Cantic. expositione*, c. XXXIX, in fine, et alias.)

V. 7-12. Cette strophe est citée par l'auteur des *Distinctions monastiques* (II, *de Flore*). Il l'attribue à Hugues de Saint-Victor.

V. 13. *Porta clausa*... EZECH., XLIV, v. 1-3. V. —*Fons hortorum*... Adam a dit ailleurs : *Fons hortorum internorum*, et en effet ces jardins sont nos âmes.

V. 14-15. *Cella custos unguentorum.* La boîte précieuse qui renferme les parfums, c'est Marie, dont l'âme renferme toutes les vertus. Les Ménées l'appellent aussi : μυροθηκη τοῦ πνέυματοσ. (JUL., Bl. 6.)

V. 16-18. *Cinnamomi calamum, myrrham, thus et balsamum superas*... Tous ces parfums sont des figures spéciales de quelqu'une des vertus de la Vierge. Sa vie tout d'abord a été un encens spirituel, (*thus*), dont le Seigneur trouve l'odeur plus agréable que celle de tous les anciens sacrifices. « *Cinnamomum*... licet bonum odorem habeat et per hoc famam sacræ Virginis figurasse queat, ex eo tamen quod corticem suum in modum cannæ format, laudem et gratiarum actionem recte designat. Quod beatæ Virgini congrue convenit, quæ dum ab Elisabeth audivit quod verba angeli in ipsa complerentur, statim in laudem et gratiarum actionem prorupit dicens : « Magnificat anima mea Dominum. » (HUGUES DE SAINT-VICTOR, *Sermon* 47.)

—*Myrrha* : « *Quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.*

Myrrha propter suam amaritudinem significat mortificationem carnis, quæ virtus in B. Maria singulariter enituit, eo quod singulariter casta fuit. » (HUGUES DE SAINT-VICTOR, *Sermon* 47.)

— « *Balsamum* per suum odorem B. Mariæ bonam famam exprimit. Unde et de ipsa canimus quod *ejus odor inæstimabilis erat in vestimentis suis.* (Eccli., L.) Hoc enim beatæ Virgini Mariæ maxime convenit quæ mundum universum opinionis optimæ redolentia inestimabiliter adimplevit. » (HUGUES DE SAINT-VICTOR, *Sermon* 47.)

V. 22-24. Ces trois vers sont cités par l'auteur des *Distinctions monastiques*, au livre IV, *De Rosa*, comme appartenant à Hugues de Saint-Victor. « Rosa autem significat patientiam : unde est illud magistri Hugonis in laudibus summæ Virginis:

Myrtus temperantiæ,
Rosa patientiæ,
Nardus odorifera... »

Rien n'est, du reste, moins soutenable que cette attribution à Hugues de la prose qui est la plus populaire de celles d'Adam.

V. 22-24. *Myrtus temperantiæ, rosa patientiæ, nardus odorifera.* « *Myrtus*, quia temperativæ virtutis est, eos significat qui afflictionibus proximorum compati sciunt eorumque tribulationem compatiendo temperant. » (S. GREGORII MAGNI *Formulæ spirituales.— Spicilegium Solesmense*, III, 413.)

« Myrtus, temperies cogitationis. » (RABANUS, *Spicilegium Solesmense*, II, 366.)

« Sicut ergo [Maria] est aurora veræ lucis præventione, sic est flos pulchritudine, favus dulcedine, viola humilitate, *rosa* charitate vel *compassione*, suavitate lilium, vitis fructificatione, quodlibet aroma bona opinione. » (HUGUES DE SAINT-VICTOR, *Sermon* 34.)

« *Quasi plantatio rosæ in Jericho.* (Eccli., XXIV.) Rosa quæ rubet apte designat passionem;... in eo quod plantatur

congrue designat compassionem. Compassio in corde, passio in corpore... Patet itaque quod Dei genitrix quasi plantatio rosæ... quia... virtute compassionis excellenter et singulariter enituit. Nam *et ipsius animam pertransivit gladius.* (Luc., ii.) Et quis digne perpendere possit qualem doloris gladium sustinuit, dum suum filium unigenitum in cruce pendere morique vidit? » (Hugues de Saint-Victor, *Sermon* 47.)

« *Nardus* herba humilis est, unde et humiles subjectos significat. » (Hugues de Saint-Victor, *Sermon* 60.)

V. 26. *Terra non arabilis.* La terre qui n'est pas labourable est la figure de la virginité de Marie qui n'a pas été souillée. Un seul laboureur s'est présenté, c'est l'Esprit-Saint, qui de cette terre sacrée a fait sortir un Dieu. On lit dans les Menées de la liturgie grecque : « ἡ ἀνήρωτος χῶρα καὶ ἀγεώργητος, ἡ γεωγήσασα τὸν γεωργὸν τῶν ἁπάντων. » jan. 27, et ailleurs : « ἀγεώργητος χώρα. » Sept. 11. — Voir les notes de M. Mone qui a fait souvent de ces heureux rapprochements entre les deux liturgies.

V. 31. *Tu cœlestis Paradisus.* « Cœlestis denique Paradisus [est Maria] boni plenitudine. » (Hugues de Saint-Victor, *Sermon* 34.)

V. 32-33. [*Tu*] *Libanus non incisus vaporans dulcedinem.* — « *Quasi Libanus non incisus.* (Eccli., xxix.) Libanus dealbatio interpretatur. Beata ergo Maria velut Libanus fuit per candorem castitatis, non incisus per integritatem virginitatis... *Quasi Libanus non incisus vaporavi habitationem meam...* Talibus quippe aromatibus gloriosa et sæpe nominata semperque nominanda et nulla oblivione tacenda virgo Maria suam habitationem vaporavit, quia talibus virtutibus ad pellendum malitiæ frigus suam sanctam conversationem inflammavit. » (Hugues de Saint-Victor, *Sermon* 65.)

V. 37-40. *Tu thronus es Salomonis...* La Sagesse éternelle s'est reposée dans le sein de la Vierge Marie, comme

Salomon le Sage dans son trône. La matière de ce trône était riche ; on y avait uni l'ivoire à l'or. Chez Marie l'or de la charité s'unissait à l'ivoire de la virginité. Mais c'était l'art surtout qui avait fait valoir la matière du trône royal ; ce fut chez Marie l'art du céleste ouvrier qui ajouta à la riche abondance de tant de vertus, et qui la rendit immaculée dans sa conception et parfaite dans toute sa vie ! — Voir la note des vers 43-45 de la prose *Gratulemur in hac die,* où nous avons cité d'Hugues de Saint-Victor une longue et minutieuse explication de ce symbolisme.

57-60. *Salve, mater pietatis et totius Trinitatis nobile triclinium.* C'est au moment où il écrivit pour la première fois ce beau verset, qu'Adam fut honoré par la Vierge du miracle dont nous avons longuement parlé dans notre *Introduction*, et que Thomas de Cantimpré a relaté en ces termes : « Magister Adam, canonicus Sancti Victoris Parisiensis cum in dictanda sequentia : *Salve mater Salvatoris*, alium rhytmi versiculum edidisset : *Salve mater pietatis*, gloriosa Virgo apparens ei... cervicem inclinavit. » (*Thomæ Cantinpratensis miraculorum exemplorum memorabilia.* Douai, 1627, p. 279.) Un monument commémoratif de ce prodige fut érigé dans la chapelle même qui en avait été le théâtre ; on y voyait notre Adam aux pieds de la Vierge. Les Victorins, fiers à juste titre d'un miracle qui honorait toute l'abbaye, ne se contentèrent pas de ce monument, et, en 1524, après un remaniement de leurs livres liturgiques, ils firent placer dans le Missel, en tête de la strophe même qui avait comme provoqué la glorieuse apparition, la rubrique que nous avons aussi intercalée dans notre texte : *Dum venerabilis Adam, etc.*

C'est à cause de ce miracle que cette prose : *Salve Mater Salvatoris* a peut-être été la plus répandue de toutes celles d'Adam. On la trouve assez souvent dans les manuscrits, *seule et avec le nom de son auteur,* double circonstance bien rare et qu'il serait difficile de signaler pour d'autres proses.

Digitized by Google

LXXIV

LA NATIVITÉ

DE LA SAINTE VIERGE

(8 SEPTEMBRE)

NOTICE BIBLIOGRAPHIQUE

I. La prose suivante est attribuée à Adam : 1° *par la notice de Guillaume de Saint-Lô;* 2° *par les* Annales *de Jean de Thoulouse, qui reproduit cette notice en la confirmant ;* 3° *par le P. Simon Gourdan.*

II. Le texte manuscrit s'en trouve, sans nom d'auteur, *dans les missels et graduels de l'Église de Paris. — La traduction manuscrite, qui est inédite, est renfermée dans le manuscrit* 6843² *de l'ancien fonds français.*

III. Le texte imprimé s'en trouve sous le nom de l'auteur : 1° *dans l'*Elucidatorium ecclesiasticum *de Clichtove, quatrième partie;* 2° *dans la* Patrologie *de Migne, t. CXCVI* (proses d'Adam, p. 1422); 3° *dans les notes du* Rational ou Manuel des divins offices *de Guill. Durand, traduit par M. Ch. Barthélemy* (III, 542); 4° *dans les* Carmina e poetis christianis excerpta *de M. F. Clément* (496); 5° *dans l'*Année liturgique *de D. Guéranguer* (III, 591). — *Ces trois derniers auteurs en ont donné une traduction, D. Guéranger et M. Ch. Barthélemy en regard de leur texte, et M. F. Clément dans la traduction de ses* Carmina.

IV. Tandis que la liste de Guillaume de Saint-Lô semble indiquer cette prose parmi celles de l'Assomption, l'Église de Paris la chantait : 1° le jour de la Purification, 2° le dimanche dans l'Octave de la Nativité.

TEXTE D'ADAM

1

Lux advenit veneranda,
Lux in choris jubilanda
Luminosis cordibus !
Hujus læta lux diei
Festum refert matris Dei 5
Dedicandum laudibus.

2

Vox exultet
Modulata,
Mens resultet
Medullata, 10
Ne sit laus inutilis !
Sic laus Deo
Decantetur
Ut in eo
Collaudetur 15
Mater ejus nobilis !

3

Gloriosa
Dignitate,
Viscerosa

Pietate, 20
Compunctiva nomine,
Cum honore
Matronali,
Cum pudore
Virginali, 25
Nitet cœli cardine.

4

Rubus quondam exardebat
Et tunc ardor non urebat
Nec virori nocuit :
Sic ardore spiritali 30
Nec attactu conjugali
Virgo Deum genuit.

5

Hæc est ille fons signatus,
Hortus clausus, fecundatus
Virtutum seminibus. 35
Hæc est illa porta clausa,
Quam latente Deus causa
Clauserat hominibus.

6

Hæc est vellus trahens rorem,
Plenus ager dans odorem 40
Cunctis terræ finibus.
Hæc est virga ferens florem,
Terra suum Salvatorem
Germinans fidelibus.

7

Hæc est dicta per exemplum 45
Mons, castellum, aula, templum,
Thalamus et civitas :
Sic eidem aliorum
Assignatur electorum
Nominum sublimitas. 50

8

Cujus preces vitia,
Cujus nomen tristia,
Cujus odor lilia,
Cujus vincunt labia
Favum in dulcedine. 55
Super vinum sapida,
Super nivem candida,
Super rosam rosida,
Super lunam lucida
Veri solis lumine. 60

9

Imperatrix
Supernorum,
Superatrix
Infernorum,
Eligenda 65
Via cœli,
Retinenda
Spe fideli,

Separatos
A te longe, 70
Revocatos
A te, junge
Tuorum collegio :
Mater bona
Quam rogamus, 75
Nobis dona
Quod optamus,
Nec sic spernas
Peccatores
Ut non cernas 80
Precatores ;
Reos sibi
Diffidentes,
Tuos tibi
Confidentes 85
Tuo siste filio ! Amen. 86

TRADUCTION DU XVe SIÈCLE

1

Lumiere que on doit honnourer
Et pourquoy on doit jubiler
Aus clers cuers est huy demonstrée ;
A la mere nostre Seignour
La feste et la clarté du jour
Pour loanges est dediée.

2

Fai joie, vois accordée,
Chante de cuer toute pensée,
Si soit le chant bien profitable ;
Soit la loange à Dieu chantée,
Mais que sa mere y soit loée
Qui est noble et honnourable !

3

Glorieuse est en dignité,
Très piteuse pour verité
Et compunctive droitement :
O honnour de maternité,
O beauté de virginité
Ou ciel resplendist clerement.

4

Le buisson jadis ardoit,
Mès l'ardour point ne bruloit
Ne ne perdi sa verdure :
Ainsi sans humain touchement,
Par ardour spirituelment,
Dieu fu né de la Vierge pure.

5

C'est le courtil clos habundant
De vertus semences getant ;
C'est la fontaine signée ;
C'est icelle porte close,
Que Dieu avait jadis close,
Que homme n'i eust entrée.

6

C'est toison rousée attraiant ;
C'est le plain champ oudour donnant

Parmi toute la contrée;
C'est la verge portant flour,
Terre par qui du Sauveour
Aus gens la grace a germée.

7

Elle est dicte par exemple
Mons, chastel, et sale, et temple,
Et aussi chambre et cité:
Aussi par droit lui est déu
De tout cil qui sont esléu
Des noms la sublimité.

8

De qui priere fait les vices fuïr,
De qui le nom fait leesce venir,
De qui oudour passe la flour de lïr,
De qui les levres vainquent miel par douchour!
Dessus vin a savour,
Dessus la noif blanchour;
Sus rose est oudourant,
Plus que lune luisant,
Du vray soleil elle a toudis luour.

9

Des souverains commanderesse,
De ceulx d'enfer seurmonteresse,
La voie pour au ciel venir
Que les loyaulx doivent tenir;
Nous de toi loing separés
A toi joing comme rappellés
De tous sains en la compaignie;
Bonne mere que nous prions,
Ottroie ce que desirrons:

Ne despis pas tant pecheours,
Que n'escoutes les prieours;
Cil qui pour pechié sont en crainte,
Qui ont en toi fiance emprainte,
A ton filz reconcilie. Amen.

NOTES

